11 243

XXI . 17
NAZIONALE
1
22 - A
14
ROMA
VITT. EMANUELE

Lignamius.

M. T. CICE-RONIS VITA, ET STVDIO-rum, rerumq́ꝫ geſtarum hiſtoria, ex eius ipſius libris, teſtimonijsq́ꝫ po-tiſsimùm obſeruata, atque conſcripta:

PER CHRISTOPHORVM PREYSS PANNO-NIVM.

ITEM,

ORATIO, DE IMITA-tione Ciceroniana, eodem autore.

BASILEAE, PER LVDO-uicum Lucium.

CASPAR PEVCER
Lectori.

Si cui conceſſit tantas facundia uires,
Edat ut ornatis ſcripta diſerta modis:
Diuitis ille ſtyli dicendi munere doctos
Ornet,& in cœlum laudibus uſq; uehat.
Nam ſi bella canunt,& fortia facta Camœnæ,
Quas fera nec Martis bella,nec arma iuuant,
Iuſtius eſt illis ut præmia digna rependant,
Artes qui ſtudijs excoluere ſuis.
Et qui ſermonis culti præcepta dederunt,
Nunc quoq; poſteritas quæ ſtudioſa legit.
Grata ſit,in fontes & tota redundet eoſdem
Dicendi ratio de quibus orta fuit.
Autoriq; ſuo ſint propria dona decori:
Et fructus laudum,quos docet,ipſe ferat.
Ergo uiri docti meritò nos ſcripta probamus,
Nobile cui nomen Pannonis ora dedit.
In quibus eloquij commendat diuite uena
Hunc,qui dicendi fons & origo fuit.
Ipſe ſuæ ſeriem ſi uellet ſcribere uitæ
Tullius,aut Latio commemorare foro:
Tali fortè ſtylo,uerbis aut talibus uſus,
Poſſet cum rigida plebe mouere patres.
Aemula tam tenet hunc Ciceronis cura ſequendi,
Cuius quod cernis dextera ſcripſit opus.

Illus

ILLVSTRI DOMINO
D. IO ANNI A' COSCZIELIECZ,
Palatino Siradienſi, & totius Maioris Poloniæ Capitaneo generali, &c.

S. P. D.

CHRISTOPHORVS PANNONIVS,
Academiæ Francofordianæ ad Viadrum Lector.

MAnifeſtum eſt, neceſſariã eſſe generi humano in tota conſuetudine uitæ, publicè & priuatim, rectè loquendi diligentiam: ac præcipuè in tradenda Eccleſiæ doctrina, in artib. in legibus, in iudicijs, in pactis, & cõtractibus: quia ambigua dicta ceu σφιγγὸς αἰνίγματα diuerſas interpretationes, ac deinde diſſidia, bella, & uaſtatiões infinitas pariũt.

Etſi autem in re manifeſta nihil opus eſt teſtimonijs: tamen ut hanc admonitionem de cura rectè loquendi, iuniores ſciant ueterem eſſe, Demoſthenis uerba etiam hic addidi. qui in oratione de Leptinis cõtrouerſia inquit: De una re, legem oportere eſſe unicã, ſimplicem, perſpicuam, & iuſtam. At proh dolor, hoc tempore de multis grauiſsimis dogmatibus diſſonantes ſentẽtiæ audiũtur, quas multi inſcitia ſpargunt, qui rectè loqui non didi-

didicerunt: alij ambitione faſtidiunt ſim-
plicem & perſpicuam loquendi formam.
Non defuerunt ulli ætati horum malorũ
exempla, ſed hoc tempore creſcunt tales
confuſiones: quia ſtudium rectè dicen-
di negligitur. Etſi autem Reges, & alij
gubernatores, frenare licentiam edictis
conantur: tamen cauſa mali non tollitur.
Studia doctrinarum rectè regi neceſſe e-
rat, & aſſuefieri iuuentutem ad curam for
mandæ orationis oportebat. Primùm
res ſint uerè cognitæ. Nemo enim in eo
eſt eloquens, ꝙ neſcit. iuxta dictũ uetus:
Quodq; parum nouit, nemo docere poteſt.

Deinde res diu & attentè cogitatæ, ac
diſpoſitæ, proprio ac perſpicuo ſermone
efferantur: nec ſit oratio tumultus inani-
um uerborum, aut ſonitus undarum feri
entium ſcopulos & littora. Neceſſe eſt ali
qua eſſe eloquentię ſtudia. Nec ego nunc
loquor de illa excellenti facultate dicen-
di Periclea, aut Ciceroniana, quæ non eſt
mediocrium ingeniorũ, ſed ſingulari mo
tu diuino exuſcitatur: ut Achillis aut Iu-
lij fortitudo, qui nõ eſt ſimilis in multis:
ſed de hac cõmuni facultate dico, quam
naturæ nõ monſtroſæ, nõ ignauæ, non fu
rioſæ, adſequi poſſunt, ſi diſcant: ſi bona
exẽpla intuẽtes, formã inde bonæ oratio
nis

nis ſumant, & eã imitari ſtudeãt, & exercitijs mediocribus imitationẽ adiuuent. Volũtas etiã ſit honeſta, & cõueniens homini nõ furioſo. Cumq; doctrinæ perturbatio ſit exitioſa Eccleſiæ, & Reipub. uelint adferre genus doctrinæ non futile, non pernicioſum, ſed bonis mentib. profuturum. Deniq; cogitent illam dulciſsimam definitionem Platonis in Phædro traditam: Eloquẽntia eſt, Deo grata dicere. Intueantur ergo uoluntatem Dei, & ſe inſtruant, ut Deo grata dicere poſsint. Et quidẽ petant à Deo mentẽ & linguã gubernari. Hæ curæ ſunt utiles, nõ tantũ ſtudijs doctrinæ, ſed etiã morib. Frenãt enim præcipites impetus: & cogitatio periculorũ adfert cõtationẽ, & moderationẽ, ut ille excellens Orator dixit,

ἡ ἀμαθία θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει.

Neceſſe eſt aũt exempla bonæ orationis ſępe multumq; legere. Nec melius eſt exemplũ ſcriptis Ciceronis, nõ tantum latinè dicendi, ſed etiã formandæ orationis in alijs linguis. Vtile eſt Gręcos etiã cognoſcere: quorũ fuit ſingularis in hoc genere diligentia, Iſocratem, Platonem, Demoſthenem. Sed ad uſum noſtrũ Ciceronis oratio accommodatior eſt: non ſolũ quia neceſſe eſt nos magis uti lingua

Latina, in explicatione difficilium con-
trouerſiarū: ſed etiam forma Ciceronianę
oratiōis planior eſt, quàm græca, cum ſit
propemodū media inter Platonicam, Iſo
crateam, & Demoſthenicā. Plato gran
dior eſt, & multas peregrinas, obſcuras,
& ſæpe ironicas diſputationes ſuis operi
bus intexit. Iſocrates fortaſſe nimis an-
xiè componit. Demoſthenes ualde argu-
tus eſt. In Cicerone perſpicuitas eſt ſum-
ma. Et quanquam in forenſibus orationi
bus ſæpe grandis eſt, tamen ubiq; genus
ſermonis proprium eſt, & in ordine mem
brorum multū conſilij & prudētiæ, & in
multis partibus media forma orationis
& imitabilis eſt, & ad communem uſum
noſtrū accommodata. Deniq; Latinè &
rectè loqui, maximè ex Cicerone diſcere
poſſumus. Ea res q̃ ſit neceſſaria, nō ob-
ſcurum eſt. Plurimùm aūt ad intelligen-
dum Ciceronē cōducit, noſſe eius hiſto-
riam. Hāc ex ipſius potiſsimū ſcriptis, &
ex Plutarcho, & alijs hiſtoricis diligēter
collectā, propter utilitatē diſcentiū edidi:
ut ipſa etiā hiſtoriæ cōſideratio ad lectio-
nem Ciceronis accēderet. Tibi aūt eò
dedico, quia & hæc ſtudia te intelligere,
& magnifacere audio. Et cū tibi pars gu
bernationis in regno Polonico commeñ
data

data ſit,non dubito,te legentem conſilia, & glorioſa exempla Ciceronis, commo-ne fieri de multis rebus in tua adminiſtra-tione. Conſul enim, magna conſtantia Tribunitios furores repreſsit, nihil me-tuens uulgi odia: deinde nec odijs no-bilitatis,nec periculis ſuis deterritus eſt, quo minus ſeditioſos ciues, Catilinam, Lentulum, Cethegum, natos in familijs nobiliſsimis,tolleret:ſeruata patria,& to ta forma imperij. Multa & in prouincia ſapienter & iuſtè conſtituit: quam cum Principes aliqui Ciceroni familiares ſic expilarent, ut quatuor centeſimas uſu-rarum, id eſt, octo & quadraginta aure-os annuos, de centum aureis mutuò da-tis poſcerent:ipſe nihil formidans offen-ſiones,legē Solonis reſtituit,quæ olim in Perſico,Græco & Ro.Imperio fuerat: ut una tantum centeſima ſolueretur. Cer-nes etiam exempla ingratitudinis huma næ,legens exilium eius,& necem:& co-gitabis de ingratitudine hominum erga Deum : & confirmabis animum cogita-tione uoluntatis Dei,ut benefacias cæte-ris hominibus, etiamſi multi ſint ingra-ti Deo & hominibus.

Poſt mortem Socratis, ſcribunt exhi-bitam eſſe Tragœdiam de Palamede, in

qua

qua hæc uerba fuerunt, ἐκάνετε ἐκάνετε τὸν ἄριστον ἑλλήνων, τὴν ἀηδόνα οὐδένα βλάψασαν: Interfeciſtis interfeciſtis Græci, optimum Græcorũ, luſciniã quæ neminẽ læſit. Optimè meritus erat de patria Cicero, & de toto Imperio, ſapiẽtiſsimè deprehenſa & oppreſſa Catilinæ ſeditione. Pro hoc tãto beneficio poſtea expellitur urbe, non ſolũ unius perditi nebulonis ſcelere, ſed multo magis Principũ ingratitudine, qui eum tegere debuerunt. Poſt mortem Iulij, cum optimo conſilio Ciceronis fundamenta pacis rurſus iacta eſſent, ſancita ἀμνησία ueteri exemplo Attico: Antonius eum interfecit. Vides autem hic quoq; iudicij diuini teſtimonium. Vterq; habuit Erinnyas ultrices. Clodius à Milone interfectus eſt. Antonius acie uictus, deiectus ex ſummo faſtigio, ſibi ipſi mortem conſciuit.

Deniq; multarum maximarum rerum imago eſt, hæc tota Ciceronis hiſtoria: quam cognoſcere omnes, utile eſt & ſtudijs doctrinæ, & moribus. Bene uale, illuſtris Domine. Dat. Francorfordiæ ad Oderam, Anno à Chriſto nato M. D. L I I I I. Menſe Nouembri.

M. T. CICERONIS VITA, PER CHRISTOPHOrum *Preys Pannonium, &c. deſcripta.*

MARCVS T. Cicero, Arpini, nobili Volſcorum in Italia municipio, ſtirpe antiquiſsima ortus, & equeſtri ſplendidoq; inter ſuos loco: patre Tullio, matre fœmina primaria † Elbia natus eſt, tempore belli Iugurthini: Q. Seruilio Cœpione, C. Attilio Serrano Coſs. III Non. Ian. quē diem natalem ſuum eſſe, ipſe ſæpius literis ſuis teſtificatur. Ac ut illum, ubi tantus uir natus eſt, plus amemus poſthac locum, incunabula pene eius ex ipſiuſmet narratione referemus. Afficimur enim neſcio qua ratione locis ipſis, in quib. eorum quos amamus, aut admiramur, adſunt ueſtigia, & monumenta. Nec quenquam tam ſine ſenſu eſſe puto, quem ipſa il-

Ciceronis genus.

† al. Olbia.

Tempus natale.

la maxima rerum Roma, plus ędifi-
cijs ac operib. magnificis, exquiſitisq́ꝫ
priſcorum ſeculorũ artibus delectet:
quàm recordatione ſummorum uiro
rum, ubi quiſqꝫ habitare, ubi ſedere,
ubi ambulare, ubi diſputare, ubi do-
cere, ubi deniqꝫ dicere, aut remp. de-
fendere ſit ſolitus. Ideoq́ꝫ ſtudioſe eo
rum etiam ſepulchra contemplamur.
Patria, & eius deſcriptio. Arpinum itaqꝫ Ciceronis eſt germa-
na patria, ubi ſacra, ubi genus, ubi ma
iorum eius multa diu extiterunt ueſti
Villa Ciceronis. gia. Villa ea initio, cum auus eius
uiueret, parua antiquo more fuit, ut il
la Curiana in Sabinis: poſtea lautius
ędificata eſt, patris eius ſtudio: qui cũ
eſſet imbecilla ualetudine, ibi ferè æ-
tatem egit in ocio & literis, ſecutus et
loci amœnitatem, & cœli ſalubrita-
tem. Nam præter ſaxa & montes,
lucus ibi, & illa Arpinatũ quercus e-
Mariana quercus. rat, quæ Mariana dicta, quæq́ꝫ (ut di
xit

xit Scæuola) de M. Ciceronis Ma-
rio(ſic enim poema id inſcriptũ fuit)
caneſcet ſeclis innumerabilibus: ma-
nebitq́ſemper dum Latinæ loquen-
tur literæ. Fuitq́ ibidem & inſula, *Inſula iuxta*
qua nihil potuit eſſe amœnius: cuius *uillam Cice-*
latera diuiſus æqualiter in duas par- *ronis & e-*
tes alluebat Fibrenus fluuius: rapi- *ius amœni-*
deq́ dilapſus, & citò in unum con- *tas.*
fluens, tantum complexus erat, quod
ſatis eſſet modicæ palæſtræ loci: quo
effecto, tanquam id habuerit operis
ac muneris, ut aptiſsimam efficeret ſe
dem ad diſputandum & colloquen-
dum, ſtatim præcipitabat in Lirem:
& quaſi in familiam patriciam ueniſ-
ſet, amiſit nomen obſcurius, Liremq́
multo frigidiorem fecit, nec ullum eo
gelidius flumen fuit. Quare eo qui-
dem loco, & M. Cicero ualde eſt dele
ctatus: & cum licuit plures dies Ro-
ma abeſſe, nuſquã potius eſſe maluit:
ibi-

ibidemq́ꝫ (ne hoc quoqꝫ prætercam) ille cum Q. fratre & Pomponio Attico de Legibus; ea quæ tribus libris poſtea conſcripſit, qui hodieq́ꝫ extãt, eruditiſsimè & grauiſsimè diſſeruit. Sed ne à propoſito digrediar lõgius, ad id quod inſtitui, redeo. Quanquam igitur M. Tullius ortu quidẽ Arpinâs eſt, quòd Arpini natus eſt, ut & C. ille Marius ſepties Cos. & ſummus Imperator, (ex uno enim & eodem municipio illo, atqꝫ ex ijſdem radicibus duo hi cõſeruatores Reip. Ro. extiterunt) iure tamen Romanus eſt factus, cum in populi Ro. ciuitatẽ ſuſceptus eſt. habuitq́ꝫ, quemadmodũ eta lij municipes omnes, duas patrias: alterã loci et naturæ, quę illũ genuit, ac procreauit: alteram, ciuitatis & iuris, quæ ipſum excepit atqꝫ ornauit. Quarum tamen hæc caritate præſtat, maiorq́ꝫ eſt illa: & illa (quæ quidem non

De Ll. ubi Cicero diſſeruerit.

C. Marius Ciceronis cõterraneus.

Roma Ciceronis altera patria.

non multo ſecus dulcis eſt) hac con-
tinetur,qua Reipub.nomen uniuerſæ
ciuitatis eſt, pro qua ciues boni mor-
tem oppetere,& cui ſe totos dedere,et
in qua ſua omnia ponere,& quaſi cõ-
ſecrare non dubitant. Sed ad propo-
ſitum reuertamur. Natus aũt M. *Natiuitas Ciceronis.*
Cicero dicitur, nullo materno puer-
perij dolore. Eodemq; tempore, ut *Omen.*
memoriæ proditũ eſt,uirgo quędam
Romana in Apuliam iter faciens,ictu
fulminis exanimata eſt,eaq; omnibus
ſine ſciſſura aliqua ueſtimentis adem-
ptis,pectoriſq; & pedum uinculis re
ſolutis,monilibus etiã atq; anulis diſ
cuſsis,illæſo reliquo corpore nuda ia
cuit,Quo mirifico prodigio,auſpicio
que, quidam fulmina illa,uimq; elo-
quentiæ abſolutę futuri oratoris prę-
dici, ſignificariq; putauerunt. Præ-
terea eiuſdem nutrici ſpectrum quod-
dam uiſum atq; locutũ fuiſſe ferunt,

eam uniuerſę Reipub. bonum ingens alere. Nec uanum illud fuiſſe omen uaticiniumq́ꝫ, euentus ac res ipſa po-

Educatio. ſtea declarauit. Nam cum primùm puer admodum, patris optimi ac prudentiſsimi uiri ſtudio & diligentia magiſtro traditus eſſet, ut ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatẽ informari ſolet, erudiretur, iam tum prima pueritia cernere erat, non dubia, nec uulgaria optimę indolis, futu-

Indolis & ingenij ſigna. ræq́ꝫ eloquentiæ ſigna. Erat in eo, præter ingenij docilitatem, quod literarum erat cupidiſsimum & capaciſſimum, ſingularis quædam oris ac uocis bonitas, claritasq́ꝫ ut non modò arriperet ea celeriter, quæ tradebantur, ſed etiam recitaret pronũciaretq́ꝫ

Inſtitutio Romæ. excellenter. Poſtea Romam, in principem & celeberrimam orbis terrarũ ciuitatem, tanquam in cõmunem populi Ro. patriam miſſus, ad capeſſen-

dum

dum uberiorem ingenij cultum: ubi propter tranquillitatem Reip. ſtudia Græcarum artium ac diſciplinarum tum uehementius colebantur, urbe copioſiſsima, atque eruditiſsimis hominibus liberaliſsimisq́ue ſtudijs afflu enti. ibi cum puer una cum Q. fratre, & cõſobrinis ſuis, C. Aculeonis filijs, L. Craſſo omnium latinorum illius ętatis oratorum principi, qui triginta quatuor annis Ciceroni ætate præſta bat, traditus cõmendatusq́ue eſſet, (C. Aculeonem enim, quo cum erat Cice ronis matertera, Craſſus dilexit ex omnibus plurimũ) cumq́ue & ea diſceret, quæ Craſſo placerent, & ab ijs doctoribus, quos ille haberet inſtitue retur: repentè non ſolum propinquis ſuis, uerumetiam cæteris æqualibus & condiſcipulis omnibus antecellere eximiæ indolis, ſummiq́ue ingenij ac memorię gloria cœpit: tantamq́ue pri-

Condiſcipuli. *Præceptores.* *Progreſſus in ſtudijs.*

ma illa puerili inſtitutione, indolis, eruditionis, memoriæ, facundię famã celeriter eſt aſſecutus, ut & in urbe inter ęquales, ſiquàndo eum in publico comitarentur, communi conſenſu medius ei ſemper locus, honoris gratia, tribueretur: & in cæteris Italiæ partibus, fidem hominum admiratio eius longè ſuperaret. Hac de Cicerone fama excitati multi, ad magiſtrum illius, ludumq́ ubi diſcebat, acceſſerũt, præſentem coràm de facie puerum Ciceronem uidere, & cognoſcere ipſis ut liceret. Tali præditus ingenio, tam acri & uehemẽti, tantaq́ memoria, ut ad ea obſcuranda obliterandaq́, quę animo ſemel inſediſſent, diuturnitas temporis uix aliquid poſſe uideretur, ad quoduis optimarum artium ſtudiorumq́ genus, in quamcunq́ partẽ ſe dediſſet, ita erat aptus, ut ſi ad id ſolum uel maximè natus eſſet.

Authoritas Ciceronis adoleſcentuli.

Dexteritas ingenij.

ſet. Ac tametſi ad dicendi ſtudium natura incredibiliter ferebat: tamen incipiens rectam rationem pręclariſſimi ſtudij ingredi, autorę ac hortatore A. Licinio Archia, poeta celebri, (qui C. Mario & Q. Catulo Coss. Romam uenerat (quo etiam præceptore uſus eſt, in poeſi primum rudimentum poſuit. (Nam ab hoc ſtudij generę olim prima inſtitutio liberalis incipi conſueuerat) In quo ſtudio tanta naturæ bonitate, dexteritatę & promptitudine eſt uerſatus, ut quingentos una nocte uerſus facere ſæpenumero ſoleret: tantosq; breui fęcit progreſſus, ut ſuæ ætatis poetas facilę poſt ſe reliquęrit omnes. quod uel Arati Phęnomena è Græço in Latinum ab eo admodum adoleſcentulo uerſibus hexametris elegantiſsimè conuerſa: uel Pontius Glaucus tętrametro uerſu ab eodem adhuc puero

Poetices ſtudium.

Succeſſus in poeſi.

ſcriptus : uel Limon(quod poematis nomen citat Donatus, in deſcriptione uitæ Terentij poetæ)uel Marius, de Arpinatum quercu Mariana, poema latinum politiſsimumq́ꝫ:uel Telemaſtis elegia:uel tres illi libri poſteâ ętate ingraueſcente de temporib. ſuis, deq́ꝫ Conſulatu uerſib. heroicis compoſiti (in quibus author Calliopen ipſam Vraniãq́ꝫ multa diuinitus prę ſcripſiſſe ſibi dicit) aliaq́ꝫ illius opera carmine conſcripta(Nam ſicut à prima adoleſcentia Muſis manſuetioribus uehementer fuit delectatus, ita poſtea etiam ſæpe ab orationibus diſiunxit ſe, retulitq́ꝫ ad ſcribenda poemata) quorum ipſe quoq́ꝫ paſsim in ſuis ſcriptis meminit, ſi non iniuria temporum intercidiſſent, de hac ſua facultate uerìſsimè teſtificarentur. In qua quidem multo etiã fortaſſe progredi lõgius potuiſſet, niſi ei ante oculos ob-

Seru. ex Telemaſte Ciceronis citat uerſum in Eclog. 1. Virg. in uerbo Palumbes.

Lib : 3. de Conſulatu.

los obuerſata fuiſſet & Reip. dignitas, & maioris cuiuſdam gloriȩ ſplendor, qui illum ad ſe raperet, hȩc minora relinquere hortaretur. Cȩterùm hac in parte, exercitationeq́ue, cum tamen, quantum quidem uolebat, quantumq́ue profeciſſe illum non pœnitebat, tantum eſſet aſſecutus, ad dicendi artes, ad quas eum mirificè natura ipſa ducebat, omne ſuum ſtudium, omnem operam, curam, cogitationemq́ue conuertit. Quare adhibitis optimis quibuſque doctoribus, perceptis eorũ literis, præſtantiſsimos illius temporis oratores omnes ſtudioſiſsimè audiuit, atque cognouit, in primisq́ue L. Craſſum & M. Antonium: ex quibus etiam (quantum illius ineuntis ætatis ſuæ patiebatur pudor) multa diſcendi cauſa ſȩpe quȩſiuit: adiunxitq́ue uſum frequentẽ declamitãdi, ſcribendiq́ue, qui omnium magiſtrorum præcepta

Rhetoricæ ſtudium.

Exercitia declamãdi, Stylus et Imitatio.

cepta ſuperabat. In Craſſum uerò, cuius orationis genus illud magnificum atq; præclarum à natura amabat & admirabatur, uel maximè ſtudium ſuum imitationemq; intendebat: atq; ita dicere conſueſcebat, ut tota mente Craſſum atq; omni animo intueret, et ea quæ excellebant in eo, diligentiſsimè perſequebatur, imitandoq; effingere atq; exprimere ſtudebat. Qua exercitatione, incredibile eſt quàm breui tempore, quales quãtosq; fecerit progreſſus. Itaq; puer etiamnum, aut adoleſcentulus, artis dicendi præcepta, ut ipſe ad Q. fratrem ſcribens meminit, Latinè edidit. Vix duodecim anni interceſſerant ab eo tẽpore, quo Archias Romam uenit, cum L. Craſſus habita ultima oratione illa immortali memoria digniſsima, in L. Philippũ Cos. die ſeptimo pòſt, lateris dolore conſumptus, extinctusq; eſt. Fuitq; illa

De Inuentione Ciceronis.

L. Craſſi mors.

la tanq̃ cycnea diuini hominis uox
: oratio: quam quaſi expectans Cice
),cum æqualibus ſuis,poſt eius inte
tum ueniebat in Curiã,ut ueſtigium
lud ipſum in quo ille poſtremum in
itiſſet,contueretur. Cum enim illa ę-
te Ro. homines incredibili quodã *Eloquentiæ ſtudium.*
icendi ſtudio flagrarent: eosq́ꝫ exci-
ret & magnitudo, uarietas, multitu
oq́ꝫ in omni genere cauſarũ: & huic
udio maxima propoſita pręmia,uel
l gratiã, uel ad opes, uel ad dignita
m: dici non poteſt quantopere præ-
ariſsimũ illud & generoſiſsimũ in-
enium,per ſe alioqui gloriæ ueræq́ꝫ
udis ac dignitatis cupidiſsimũ, his
ccaſionib. ſtimulisq́ꝫ dies ac noctes
agis magisq́ꝫ ſit incitatum, ut ſe ad
ıdiendum, legendũ, ſcribendumq́ꝫ
aiore opera dederet. Itaque in ocio *Oratoriæ exercitatio-*
ptato ac facultate illa diſcendi maio *nes.*
:ac maturiore, oratores eius ætatis
omnes

omnes frequenter audiens, acerrimo ſtudio tenebat, quotidieq́; & legens & commentans magno labore atque induſtria, & ſtylum exercẽs, oratorijs tantum exercitationib. contentus nõ erat. Et quoniam & ad ſenatorias & ad forenſes artes actionesq́; maturè inſtruendus & præparandus eſſe uidebatur: ideo ſumpta uirili toga, ad Q. Mutium Augurem Scęuolã P. F. iuriſperitorum eloquentiſsimum, eloquentiumq́; iuriſperitiſsimum, prudentiaq́; acutiſsimum, à patre ita eſt deductus, ut quoad poſſet, & liceret, à ſenis illius latere nunquam diſcederet, fieriq́; ſtuderet eius prudentia doctior. Qui etſi nemini ſe apertè ad docendum dabat: tamen conſulentibus reſpondendo, ſtudioſos audiendi q̃ti die multa docebat. Quo mortuo deinde Cicero ad Pontificem Scæuolã ſe contulit, qui unus in urbe Ro. & ingenio

Studium Iuris apud Q. Mut. Scæ. Aug.

Apud Scæuolam.

genio

genio & induſtria habitus fuit præ-
ſtantiſsimus. Cumq́ iam uſum non-
nullum, & bonam partem iuris tum
Pontificij illius temporis,tum ciuilis,
& inſtitutorum populi Ro. moriſq́
maiorum,à Scæuola,quibus multum
iam operæ dederat,didiciſſet:deinde
princeps Academiç Philo,cum Athe-
nienſium optimatibus Mithridatico
bello domo profugiens Romam ue-
nit:cui totum ſe Cicero tradidit,admi
rabili quodam ad philoſophiam ſtu-
dio,& rerum ipſarū uarietate & ma-
gnitudine delectationeq́ concitatus.
in quo etiam attentius cōmorabatur
propterea,quòd tum temporis bello
ſociali expulſis oratoribus, & occi-
ſis eloquentiſsimis uiris, ſublata iam
eſſe in perpetuum ratio iudiciorū ui-
debatur. Occiderat tum L. Corn.
Sylla & Q. Pomp. Rufo Coss. P. Sul
pitius. cui quidem ad ſummam glo-
riam

Studiū philoſophiæ apud Philonem.

riam eloquentiæ floreſcenti, ferro ereptа uita eſt: annoq́; proximo tres triũ ætatum oratores erant crudeliſsimè interfecti, Q. Catulus, M. Antonius, C. Iulius. Eodem anno etiam Apollonium Molonem Rhodium Romę aſſiduè audiuit Cicero & actorem ſummum in ueris cauſis, & magiſtrũ ſcriptoremq́; præſtantem. Poſtea triennium ferè fuit urbs à bello immunis, ſed oratorum aut interitu aut diſceſſu aut fuga primas in cauſis agebat Q. Hortenſius, quem Cicero in ſpacio ipſius ueſtigijs perſequens eo tempore omni noctes & dies, in omniũ doctrinarum meditatione uerſabatur.

Studium dicendi apud Molonem.

Erat cum Stoico Diodoro, qui & habitauit apud Ciceronem, & uixit, & in domo Ciceronis, ut ipſe teſtaẽ, poſtea mortuus eſt: à quo cùm in alijs rebus, tum diligentiſsimè in Dialectica exercebatur: cui quidem doctori, &

Studiũ philoſophiæ apud Diodorum Stoicũ

eius

eius artibus uarijs atq; multis, ita e-
rat tamen Cicero deditus, ut ab exerci
tationibus oratorijs nullus dies ua-
cuus eſſet. Commentabatur declami-
tans ſæpe cum M. Piſone, & cum Q.
Pompeio, aut cum aliquo alio quoti-
die, idq; faciebat multum etiam Lati-
nè, ſed Græcè ſæpius: uel quòd Græ-
cam orationem plura ornamenta ſup
peditantem, ſimiliter Latinè dicendi
conſuetudinē afferre exiſtimaret: uel
quòd à Græcis ſummis doctorib. ni-
ſi Græcè diceret, neq; corrigi ſe poſſe
putaret, neq; doceri. Conſecutus eſt
deinde crudelis interitus oratorum
trium, Scæuolæ, Carbonis, Antiſtij.
Mox tumultu pro recuperanda Rep.
orto, redijt Cotta, qui paulo antè L.
Syllam & Pomp. Coss. ex urbe erat
expulſus. redierunt & reliqui, Curio,
M. Craſſus, Lentuli duo, Pompeius.
leges rurſum & iudicia conſtituta: re-

 cupe-

Quintilianus lib. 12. cap. 6. cuperata reſpublica. Tum primùm M. Tullius adoleſcens annos uixdũ habens uigintiſex, ad cauſas & priuatas & publicas accedere cœpit. nec principiò, quod plerīq; fecerunt, forum ſibi ludum eſſe ad diſcendũ, ſed doctus in forũ uenire maluit: & quicquid ipſe ad Remp. attulit, à doctoribus atq; doctrina inſtructus ad eam & ornatus acceſsit. Itaq; primam cauſam priuatam pro P. Quintio dixit, apud Aquilium Gallum iudicem, M. T. Decola & Cn. Corn. Dolabella Coss. ſummamq́; ingenij nõ laudem modò, ſed etiam admirationem eſt cõſecutus. Anno deinceps proximè ſequenti Dictatore L. Corn. Sylla, cum Molo rurſus Romam legatus ad Senatum de Rhodiorm præmijs ueniſſet: Cicero uſus ea occaſione, iterum ei tum operam dedit ſtudioſiſsimè: idemq́; annos tum natus ſeptem & uiginti

Prima cauſa priuata à Cicerone quando dicta.

Prima cauſa publica.

ginti,nec amplius,contra L.Syllę dominantis opes,pro Sex.Roſcio Amerino, primam cauſam publicam cum tanta admiratione & cõmendatione audientium dixit egitq́;, ut non ulla eſſet,quæ non illius digna patrocinio uideretur. Hac prima ad immortalẽ nominis ſui ſplendorem parta uictoria,deinceps maiori ſpe atque fiducia uerſatus eſt in plurimis cauſis. Maturè in locum principem oratorum uenit.Poſtea cum Syllę potentiã, quam defenſione Roſcij grauiter offenderat,nonnihil timeret,de commodo ab Vrbe ſeceſſu cogitauit.Atq; ut totus Cicero corpore omni cognoſcat̃,proferam nonnulla etiam quæ fortaſſe uideantur ſuperuacanea, aut à propoſita ratione diuerſa,non tamen omnino aliena,nec iniucũda. Erat eo tempore in Cicerone ſumma gracilitas & imbecillitas corporis, longum & tenue

Cornel.Nepos tradit, Ciceronem 23.annos natũ, habuiſſe orationem pro Sex.Roſcio.

Habitus & figura corporis.

eam uniuerſę Reipub. bonum ingens alere. Nec uanum illud fuiſſe omen uaticiniumq́; euentus ac res ipſa po‑

Educatio. ſtea declarauit. Nam cum primùm puer admodum, patris optimi ac prudentiſsimi uiri ſtudio & diligentia magiſtro traditus eſſet, ut ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatē informari ſolet, erudiretur, iam tum prima pueritia cernere erat, non dubia, nec uulgaria optimę indolis, futu‑

Indolis & ingenij ſigna. ræq́; eloquentiæ ſigna. Erat in eo, præter ingenij docilitatem, quod literarum erat cupidiſsimum & capaciſſimum; ſingularis quædam oris ac uocis bonitas, claritasq́; ut non modò arriperet ea celeriter, quæ tradebantur, ſed etiam recitaret pronũciaretq́;

Inſtitutio Romæ. excellenter. Poſtea Romam, in principem & celeberrimam orbis terrarũ ciuitatem, tanquam in cõmunem populi Ro. patriam miſſus, ad capeſſen‑

dum

dum uberiorem ingenij cultum: ubi propter tranquillitatem Reip. ſtudia Græcarum artium ac diſciplinarum tum uehementius colebantur, urbe copioſiſsima, atque eruditiſsimis hominibus liberaliſsimisq; ſtudijs afflu enti. ibi cum puer una cum Q. fratre, & cōſobrinis ſuis, C. Aculeonis filijs, L. Craſſo omnium latinorum illius ętatis oratorum principi, qui triginta quatuor annis Ciceroni ætate præſta bat, traditus cōmendatusq; eſſet, (C. Aculeonem enim, quo cum erat Cice ronis matertera, Craſſus dilexit ex omnibus plurimū) cumq; & ea diſceret, quæ Craſſo placerent, & ab ijs doctoribus, quos ille haberet inſtitue retur: repentè non ſolum propinquis ſuis, uerumetiam cæteris æqualibus & condiſcipulis omnibus antecellere eximiæ indolis, ſummiq; ingenij ac memorię gloria cœpit: tantamq; pri-

Condiſcipuli.

Præceptores.

Progreſſus in ſtudijs.

ma illa puerili inſtitutione, indolis, eruditionis, memoriæ, facundiç famã celeriter eſt aſſecutus, ut & in urbe inter çquales, ſiquàndo eum in publico comitarentur, communi conſenſu medius ei ſemper locus, honoris gratia, tribueretur: & in cæteris Italiæ partibus, fidem hominum admiratio eius longè ſuperaret. Hac de Cicerone fama excitati multi, ad magiſtrum illius, ludumq́ʒ ubi diſcebat, acceſſerũt, præſentem coràm de facie puerum Ciceronem uidere, & cognoſcere ipſis ut liceret. Tali præditus ingenio, tam acri & uehemẽti, tantaq́ʒ memoria, ut ad ea obſcuranda obliterandaq́ʒ, quç animo ſemel inſediſſent, diuturnitas temporis uix aliquid poſſe uideretur, ad quoduis optimarum artium ſtudiorumq́ʒ genus, in quamcunq́ʒ partẽ ſe dediſſet, ita erat aptus, ut ſi ad id ſolum uel maximè natus eſſet.

Authoritas Ciceronis adoléſcentuli.

Dexteritas ingenij.

ſet. Ac tametſi ad dicendi ſtudium natura incredibiliter ferebatũ: tamen incipiens rectam rationem præclariſſimi ſtudij ingredi, autore ac hortatore A. Licinio Archia, poeta celebri, (qui C. Mario & Q. Catulo Coss. Romam uenerat) quo etiam præceptore uſus eſt, in poeſi primum rudimentum poſuit. (Nam ab hoc ſtudij genere olim prima inſtitutio liberalis incipi conſueuerat) In quo ſtudio tanta naturæ bonitate, dexteritate & promptitudine eſt uerſatus, ut quingentos una nocte uerſus facere ſæpenumero ſoleret: tantosq́ breui fecit progreſſus, ut ſuæ ætatis poetas facile poſt ſe reliquerit omnes. quod uel Arati Phænomena è Græco in Latinum ab eo admodum adoleſcentulo uerſibus hexametris elegantiſsimè conuerſa: uel Pontius Glaucus tetrametro uerſu ab eodem adhuc puero

Poetices ſtudium.

Succeſſus in poeſi.

ſcriptus : uel Limon(quod poematis nomen citat Donatus , in deſcriptio- ue uitæ Terentij poetæ)uel Marius, de Arpinatum quercu Mariana, poe ma latinum politiſsimumq́ꝫ:uel Tele maſtis elegia:uel tres illi libri poſtea ętate ingraueſcente de temporib.ſuis, deq́ꝫ Conſulatu uerſib. heroicis com poſiti (in quibus author Calliopen ipſam Vraniáq́ꝫ multa diuinitus prę ſcripſiſſe ſibi dicit) aliaq́ꝫ illius opera carmine conſcripta(Nam ſicut à prima adoleſcentia Muſis manſuetioribus uehementer fuit delectatus , ita poſtea etiam ſæpe ab orationibus diſ iunxit ſe, retulitq́ꝫ ad ſcribenda poemata) quorum ipſe quoq́ꝫ paſsim in ſuis ſcriptis meminit , ſi non iniuria temporum intercidiſſent , de hac ſua facultate uerißimè teſtificarentur. In qua quidem multo etiã fortaſſe progredi lõgius potuiſſet,niſi ei ante ocu-

los ob-

Seru. ex Telemaſte Ciceronis citat uerſum in Eclog. 1. Virg. in uerbo Palumbes.

Lib: 3. de Conſulatu.

los obuerſata fuiſſet & Reip. dignitas, & maioris cuiuſdam gloriȩ ſplendor, qui illum ad ſe raperet, hȩc minora relinquere hortaretur. Cȩterùm hac in parte, exercitationeq́ꝫ, cum tamen, quantum quidem uolebat, quantumq́ꝫ profeciſſe illum non pœnitebat, tantum eſſet aſſecutus, ad dicendi artes, ad quas cum mirificè natura ipſa ducebat, omne ſuum ſtudium, omnem operam, curam, cogitationemq́ꝫ conuertit. Quare adhibitis optimis quibuſq́ꝫ doctoribus, perceptis eorū literis, præſtantiſsimos illius temporis oratores omnes ſtudioſiſsimè audiuit, atq́ꝫ cognouit, in primisq́ꝫ L. Craſſum & M. Antonium: ex quibus etiam (quantum illius ineuntis ætatis ſuæ patiebatur pudor) multa diſcendi cauſa ſȩpe quȩſiuit: adiunxitq́ꝫ uſum frequentē declamitādi, ſcribendiq́ꝫ, qui omnium magiſtrorum præcepta

Rhetoricæ ſtudium.

Exercitia declamādi, Stylus et Imitatio.

cepta ſuperabat. In Craſſum uerò, cuius orationis genus illud magnificum atq; pręclarum à natura amabat & admirabatur, uel maximè ſtudium ſuum imitationemq; intendebat: atq; ita dicere conſueſcebat, ut tota mente Craſſum atq; omni animo intueret, et ea quæ excellebant in eo, diligentiſsimè perſequebatur, imitandoq; effingere atq; exprimere ſtudebat. Qua exercitatione, incredibile eſt q̃ breui tempore, quales quãtosq; fecerit progreſſus. Itaq; puer etiamnum, aut adoleſcentulus, artis dicendi pręcepta, ut ipſe ad Q. fratrem ſcribens meminit, Latinè edidit. Vix duodecim anni interceſſerant ab eo tẽpore, quo Archias Romam uenit, cum L. Craſſus habita ultima oratione illa immortali memoria digniſsima, in L. Philippũ Cos. die ſeptimo pòſt, lateris dolore conſumptus, extinctusq; eſt. Fuitq; illa

De Inuentione Ciceronis.

L. Craßi mors.

illa tanq̃ cycnea diuini hominis uox & oratio: quam quaſi expectans Cicero, cum æqualibus ſuis, poſt eius interitum ueniebat in Curiã, ut ueſtigium illud ipſum in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueretur. Cum enim illa ętate Ro. homines incredibili quodã dicendi ſtudio flagrarent: eosq́ excitaret & magnitudo, uarietas, multitudoq́ in omni genere cauſarũ: & huic ſtudio maxima propoſita pręmia, uel ad gratiã, uel ad opes, uel ad dignitatem: dici non poteſt quantopere præclariſsimũ illud & generoſiſsimũ ingenium, per ſe alioqui gloriæ ueræq́ laudis ac dignitatis cupidiſsimũ, his occaſionib. ſtimulisq́ dies ac noctes magis magisq́ ſit incitatum, ut ſe ad audiendum, legendũ, ſcribendumq́ maiore opera dederet. Itaque in ocio optato ac facultate illa diſcendi maiore ac maturiore, oratores eius ætatis omnes

Eloquentiæ ſtudium.

Oratoriæ exercitationes.

omnes frequenter audiens, acerrimo ſtudio tenebat, quotidieq; & legens & commentans magno labore atque induſtria, & ſtylum exercẽs, oratorijs tantum exercitationib. contentus nõ erat. Et quoniam & ad ſenatorias & ad forenſes artes actionesq; maturè inſtruendus & præparandus eſſe uidebatur: ideo ſumpta uirili toga, ad

Studium Iuris apud Q. Mut. Scæ. Aug.

Q. Mutium Augurem Scęuolã P.F. iuriſperitorum eloquentiſsimum, eloquentiumq; iuriſperitiſsimum, prudentiaq; acutiſsimum, à patre ita eſt deductus, ut quoad poſſet, & liceret, à ſenis illius latere nunquam diſcederet, fieriq; ſtuderet eius prudentia doctior. Qui etſi nemini ſe apertè ad docendum dabat: tamen conſulentibus reſpondendo, ſtudioſos audiendi q̃tidie multa docebat.

Apud Scæuolam.

Quo mortuo deinde Cicero ad Pontificem Scæuolã ſe contulit, qui unus in urbe Ro. & in genio

genio & induſtria habitus fuit præſtantiſsimus. Cumq́ iam uſum nonnullum, & bonam partem iuris tum Pontificij illius temporis, tum ciuilis, & inſtitutorum populi Ro. morisq́ maiorum, à Scæuola, quibus multum iam operæ dederat, didiciſſet: deinde princeps Academię Philo, cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugiens Romam uenit: cui totum ſe Cicero tradidit, admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio, & rerum ipſarũ uarietate & magnitudine delectationeq́ concitatus. in quo etiam attentius cõmorabatur propterea, quòd tum temporis bello ſociali expulſis oratoribus, & occiſis eloquentiſsimis uiris, ſublata iam eſſe in perpetuum ratio iudiciorũ uidebatur. Occiderat tum L. Corn. Sylla & Q. Pomp. Rufo Coss. P. Sulpitius. cui quidem ad ſummam glo-

Studiũ philoſophiæ apud Philonem.

riam

riam eloquentiæ floreſcenti, ferro ere pta uita eſt: annoq; proximo tres triũ ætatum oratores erant crudeliſsimè interfecti, Q. Catulus, M. Antonius, C. Iulius. Eodem anno etiam Apollonium Molonem Rhodium Romę aſſiduè audiuit Cicero & actorem ſummum in ueris cauſis, & magiſtrũ ſcriptoremq; præſtantem. Poſtea triennium ferè fuit urbs à bello immunis, ſed oratorum aut interitu aut diſceſſu aut fuga primas in cauſis agebat Q. Hortenſius, quem Cicero in ſpacio ipſius ueſtigijs perſequens eo tempore omni noctes & dies, in omniũ doctrinarum meditatione uerſabatur.

Studium dicendi apud Molonem.

Erat cum Stoico Diodoro, qui & habitauit apud Ciceronem, & uixit, & in domo Ciceronis, ut ipſe teſtat̃, poſtea mortuus eſt: à quo cùm in alijs rebus, tum diligentiſsimè in Dialectica exercebatur: cui quidem doctori, & eius

Studiũ philoſophiæ apud Diodorum Stoicũ

eius artibus uarijs atq; multis, ita erat tamen Cicero deditus, ut ab exercitationibus oratorijs nullus dies uacuus eſſet. Commentabatur declamitans ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo alio quotidie, idq; faciebat multum etiam Latinè, ſed Græcè ſæpius: uel quòd Græcam orationem plura ornamenta ſuppeditantem, ſimiliter Latinè dicendi conſuetudinē afferre exiſtimaret: uel quòd à Græcis ſummis doctorib. niſi Græcè diceret, neq; corrigi ſe poſſe putaret, neq; doceri. Conſecutus eſt deinde crudelis interitus oratorum trium, Scæuolæ, Carbonis, Antiſtij. Mox tumultu pro recuperanda Rep. orto, redijt Cotta, qui paulo antè L. Syllam & Pomp. Coſs. ex urbe erat expulſus. redierunt & reliqui, Curio, M. Craſſus, Lentuli duo, Pompeius. leges rurſum & iudicia conſtituta: re-

ginti,nec amplius,contra L.Syllę dominantis opes,pro Sex.Roſcio Amerino, primam cauſam publicam cum tanta admiratione & cõmendatione audientium dixit egitq́;, ut non ulla eſſet,quæ non illius digna patrocinio uideretur. Hac prima ad immortalẽ nominis ſui ſplendorem parta uictoria,deinceps maiori ſpe atque fiducia uerſatus eſt in plurimis cauſis. Maturè in locum principem oratorum uenit.Poſtea cum Syllę potentiã, quam defenſione Roſcij grauiter offenderat,nonnihil timeret,de commodo ab Vrbe ſeceſſu cogitauit.Atq; ut totus Cicero corpore omni cognoſcat̃,proferam nonnulla etiam quæ fortaſſe uideantur ſuperuacanea, aut à propoſita ratione diuerſa,non tamen omnino aliena,nec iniucũda. Erat eo tempore in Cicerone ſumma gracilitas & imbecillitas corporis, longum & tenue

Cornel:Nepos tradit, Ciceronem 23.annos natũ, habuiſſe orationem pro Sex.Roſcio.

Habitus & figura corporis.

collum: qui habitus & quę figura nõ longè abeſſe exiſtimat à periculo, ſi accedat labor, & laterũ uehemẽtior contentio: eoq́; magis hoc eos quib. Cicero erat in oculis atque amore, afficiebat, quòd ille id ætatis omnia ſine remiſsione, ſine uarietate, ui ſumma uocis, & totius corporis contentione dicebat. Quare cum ei & amici & medici autores eſſent ut cauſas agere deſiſteret, aut certè ad tempus intermitteret: ille quidem quiduis potius periclitandum, quàm à ſperata eloquentiæ laude diſcedendum exiſtimauit. Veruntamen cum animaduerteret remiſsione & moderatione uocis & cõmutatiõe generis dicendi omnino opus eſſe, & ad uitandum ualetudinis periculum, & ad temperatius dicendum: ut iſtam rationem conſuetudinemq́; dicendi corrigeret atq; immutaret, & fortaſſis ut etiam L. Syllę inimicitijs

Cauſæ intermiſsionis actionũ, & diſceſſus ab Vrbe.

micitijs cederet: ex cauſæ Ciceron. Profectio in
in Græciam Aſiamq́ ex urbe profi- Græciā A-
ciſcendi potiſsimum fuerunt. Ita- ſiamq́;.
que cum iam biennium cauſas cum Quintilia-
laude egiſſet, & celebratū in foro, & nus libro 12.
inter patronos, qui tum erant, Cice- cap. 6.
ronis nomen eſſet: Roma, conſilio ac
hortatu amicorū, quibus cariſſimus
erat, in Aſiam eſt profectus. Eóque i-
tinere cum ueniſſet Athenas, ſex ibi
menſes cum Antiocho Aſcalonite ue- Athenas.
teris Academiæ clariſsimo & ſum-
mo philoſopho, fuit: ſtudiumq́ philo
ſophiæ nunquam depoſitum, à pri-
moq́ ætatis principio cultū, & ſem-
per amplificatū, hoc rurſus maximo
autore & doctore non tam redinte-
grauit, quàm renouauit. Eodem quo-
que tempore Athenis apud Deme- Exercitia
trium Syrum, ueterem & pręſtantem apud rheto-
dicendi magiſtrum, ſæpe accurateq́ res celeber-
exerceri ſolebat. Poſtea Aſiam totā rimos in A-
ſia.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

peragrauit cum nobiliſsimis quidem oratoribus quibuſcum exercebatur, ipſis perlubentibus & cupientib. ultrò: quorum erat princeps Menippus Stratonicenſis, tota Aſia illa ætate diſertiſsimus. Aſsiduiſsimè autem cum Cicerone fuit Dionyſius Cnidius, Adramitenus Xenocles, qui illis temporibus in Aſia rhetorum principes habebantur. Hos omnes Cicero non modò uidit, audiuit, atque cognouit: ſed etiam cum ijs & apud eos diſputando & declamitando ſtudioſe & multum ſe exercuit: paríq; ſtudio ſecutus eſt & æquabile ac quietum diſputandi, & forenſe illud dicendi genus. Quod quidem nemini Græcorum Ciceronis memoria reperimus contigiſſe, ut idem in utroque genere ita elaborarit. Athenis deinde Cicero nõ contentus, Rhodum uenit, ſeq; & Poſsidonio philoſopho, & ſcriptori

Rhodũ uenit Cicero.

ptori clariſsimo, et præcipuè eidē, cui Romæ quoq; antea operam dederat, Moloni denuò rurſus formandum ac uelut recoquendū tradidit, magiſtro dicendi ſcribendiq; ſummo, & in notandis obſeruandisq; uitijs, & in formando docendoq; prudentiſsimo: apud quem nunq; intermittebat cùm omni genere exercitationis, tum maximè ſtylo illud quod in ſe erat, perficere & perpolire. Is nimis redundantem Ciceronem & ſuperfluentem iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimere, & quaſi extra ripas diffluentem coercere diligentiſsimè ſtudebat. Apud hos igitur Cicero uiros exercitationibus aſsiduis (in quibus ſemper ad ſuam utilitatē cum latinis Græca coniunxit) tantū profecit, ut iam quodammodo par eſſet, in utriuſq; orationis facultate. Ac quātum quidem in Græcè dicendo ualue rit,

Studium ibidem.

Græcè dicēdi facultas Ciceronis.

rit, teſtem habuit ille omniū optimū illum ipſum Apollonium Molonem, magiſtrum ſuum: cuius rogatu cum M. Cicero Rhodi, uel, ut quidam tradunt, Athenis, græcam orationem in cœtu doctiſsimorum hominum publicè habuiſſet: tantum abeſt ut Apollonius cæteriq; in ea oratione quippiam deſiderarint, ut etiam præ admiratione Apollonius ipſe primò obſtupefactus conticuerit: deinde ſe colligens, his uerbis illum ſit allocutus: Te, inquiens, Marce Tulli, non poſſum non magnopere laudibus efferre, et uehemēter admirari: uerùm Græcorum quidem fortunæ me iam miſeret. Quo enim uno uincebantur Romani à uicta Græcia, id per te non ſolum illis cum hac uideo communicari, ſed etiam nobis Grecis dicendi magiſtris planè eripi, ac ad Latinos tuos Romam transferri, laudem uidelicet elo-

Teſtimonium Apollonij.

eloquentiæ atq; doctrinæ, quæ ſola penes nos ad hæc uſq; tempora permanſit. Ac tantum quidem Græcè dicendo iam tum pollebat M. Cicero ille, quem aſpectabant, cuius ob os Græi ora obuertebant ſua. Quantum autem ſcribendo ipſis etiam Græcis & in media Græcia natis ſcriptoribus optimis præſtiterit, id declarauit ille commentario Conſulatus ſui poſtea maturiore ætate ſcripto atque perfecto: quem librum cum ad Poſsidonium ſcriptorē celeberrimū Rhodum miſiſſet, ut ornatius de ijſdem rebus ſcriberet: reſcripſit Rhodo Poſsidonius, ſe Ciceronis commentarium illum cum legeret, non modò non excitatum eſſe ad ſcribendum, ſed etiam planè perterritum. Itaq; ipſe Cicero ad Atticum ſcribit, conturbatam à ſeeo ſcripto Græcam nationem eſſe, atque ita uulgò qui inſtabāt, ut Cicero *Græcè ſcribendi facultas.*

 daret

daret quod ipſi ornarẽt,eos deinceps iam exhibere ei moleſtiam deſtitiſſe. Qui liber cum lectus Attico ualde placuiſſet(qui quidem & ipſe cõmodum eodem tempore,cum iam Cicero ſuum abſoluiſſet, de iiſdem rebus græcè item ſcriptũ librũ adCiceronẽ miſit)curauit idemAtticus,ut liber ille Ciceronis editus & Athenis legeretur, & in cæteris oppidis Græciæ, quod multum cùm ipſi autori celebritatis, tum rebus eius geſtis plurimum lucis allaturus eſſe uideretur. Sed his de rebus paulopòſt iterum attingemus. Nuncad id de quo dicere cœpimus,quid in Aſia egerit,quid ef fecerit,reuertamur. Iam igitur Cicero ad biennium in Aſia abfuit,& ſtudio, induſtria, exercitationeq́; aſsidua factus eſt non ſolum exercitatior, ſed prope mutatus,& alius redditus eſſe uidebatur, accuratioremq́; ualetudinis

Cicero bien nium in Aſia fuit.

Mutatio Ciceronis.

dinis ſuæ ſuſtentandæ rationem de-
inceps habere ſolitus erat, tum noti-
cia ſui corporis, & obſeruatione ea-
rum rerum, quæ res aut commodare
ſibi ſolerent, aut incõmodare, tum cõ-
tinentia adhibita in uictu omni atq;
cultu corporis tuendi cauſa, & in mo
derandis uoluptatibus: iamq; & à cõ
tentionibus, quibus ſummis uti ſole-
bat, quotidie relaxarat aliquid, & ora
tio eius quaſi deferbuerat, lateribusq;
maiores uires, & corpori mediocris
habitus acquiſitus erat, cum ad ipſum
de L. Syllæ morte eſt allatum, cumq;
amicorum literis eſt reuocatus. Quo
nuncio accepto, Romam optatiſſimus *Reditus Ciceronis Romam.*
maximeq; expectatus, ex Aſia ſe rece-
pit. Duo tum reliquis omnibus præ-
ſtabant oratores, qui Ciceronem imi-
tandi cupiditate incitarent, Cotta &
Hortenſius. Sed cum Hortenſio ma-
gis ſibi rem eſſe arbitrabatur, quòd
&

nere cum Puteolos diuertiſſet (ubi complures ciues Ro. ad Baias conuenerant)interrogatus fortè ab eis Cicero , quid rerum Romæ gereretur , & qua die inde eſſet profectus ? ille reſpondit,non ex Vrbe, ſed ex prouincia ſe uenire:ſecumq́ ipſe uehementer mirabatur,Romanos ciues etiã ignorare adhuc, & tanti temporis abſentiam ſuam in Sicilia,& tam illuſtrem ac peruagatã tot tantorumq́ in ſuos ciues patriamq́ famam meritorũ:ſtatuitq́ ex illo , ſemper, quoad integrũ ſibi eſſet,in Vrbe uiuere,cum uideret nõ tantã abſentis, quantã prȩſentis rationem uirtutis haberi:iamq́ uidebatur illud quod in ipſo erat, eſſe abſolutum , & habere maturitatem quandam ſuam. Itaq; reipublicȩ operam ſuam,ut cum maximè requirenti,ita ſe tradidit , ut omnes ſuas curas cogitationesq́ in eam conferret . Et cum eſ-

ſet

ſet in omni genere cauſarū,et in principibus patronis, quinq; ferè annos uerſatus,tum in patrocinio Sicilienſi
Aedilis. maximè in certamen uenit deſignatus Aedilis prior,cū deſignato Cos. Hortenſio,ubi Cicerone C. Verrem accuſante, eius accuſationis impetu perterritus,à ſuſcepto quidem, ſed deſperato Verris patrocinio, quem maximè defenſum cupiebat,deſtitit,non ſine exiſtimationis ſuæ diminutione Hortenſius. quem poſt Conſulatum, cum illud ſuum ſtudium remittere Cicero uideret,ipſe in ſuo propoſito,& in omni genere exercitationis, et maximè ſtyli, conſtanter permanens, præuertere Hortēſio, eiq; præripere eloquentiæ gloriam omnibus neruis, totóq; pectore contendit. Habuit autem diuinam quandā memoriā uerborū,& incredibilē in agendis cauſis gratiā Hotenſius: quam laudē cum æquare

perdiſſi

perdifficile,ſuperare uerò difficilimū eſſet: in utramq; rationem exercitatione mq; Cicero uſq; adeò ſtudioſe operam dedit, ut cū Roſcio hiſtrione claro, ſummoq; artifice, familiari ſuo, ſolitus ſit contendere, utrum ille ſæpius eandem ſententiam uarijs geſtibus repręſentaret, an ipſe per eloquentię copiam alio atq; alio ſermone pronunciaret. Quo quidē ſtudio aſsiduo tantam ſibi dicendi facultatem peperit, ut in his etiam cauſis, in quibus unà cum illo Hortenſius aut alij ea tempeſtate præſtantes oratores adhibiti eſſent, extremus tamē & difficilimus perorandi locus, eorum ipſorum conceſſu huic ſemper daretur. Atq; (ut hic multa prætereā) in hac intercapedine, et in ijs poſt ędilitatē annis, cū in Præturę petitione multos & pręſtantes uiros competitores haberet, ipſe tamen omnibus alijs authoritate præ- Prætor.

ſtans

Prætor primus qui dicatur, uide de Origine iuris. ff. & Cæl. lib. 7. cap. 8.

ſtãs propter dilationem comitiorum ter Prætor primus centurijs ſuffragijsq́; cunctis, & ſumma populari uoluntate eſt renunciatus. Etenim cùm propter aſsiduitatem in negotijs, & diligentiam, tum propter eximium et maximè excellens orationis genus, ſtudia hominum dicẽdi nouitate ſibi conciliarat. Nam ex omni numero oratorum & æqualium illius temporis, quoquidem nulla unq́; ætas aut plures, aut præſtantiores oratores tulit, nemo putabat uel exquiſitius ſtuduiſſe literis, quibus fons abſolutæ eloquentiæ continetur, quàm M. T. Cicero: nemo exiſtimabatur philoſophiam laudãdarum artium omnium benefactorum beneq́; dictorum melius complexus eſſe: nemo uidebatur Ius ciuile, rem ad priuatas cauſas & ad oratoris prudentiam inprimis neceſſariam, rectius didiciſſe: nemo cre

deba-

debãt hiſtoriã rerum Romanarũ exa-
ctius memoria comprehendiſſe: ne
mo reperiebatur qui compendioſe ar
guteq́ incluſo aduerſario, iucundius
recrearet iudicum animos, atq́ à ſeue
ritate parũper ad hilaritatem riſumq́
traduceret: nemo erat qui rem cau-
ſamq́ tenuem copioſius dilatare poſ-
ſet, atq́ amplificare: nemo habebatur,
ſi quando animi cauſa, delectandiq́
gratia digrediendum pauliſper à cau
ſa eſſet, qui tempeſtiuius id facere poſ
ſe uideretur: nemo in foro uerſabatur
qui iudicem acutius docere, delecta-
re iucundius, ardentius deniq́ uel ad
amorem, uel ad odium, uel ad iracun
diam, uel ad inuidiam, uel ad ſpem, ad
lęticiam, ad timorem, moleſtiam poſ-
ſet incitare, aut animũ eius quócunq́
res poſtularet, impellere. Sed omni
huic orationi propoſitum eſt, non ut
ingenium Ciceronis, & eius uirtutes

 dicen-

dicēdi nunc exprimā,ſuisq́; quaſi co-
loribus depingam:à qua quidē facul-
tate longè abſum,neq; ignoro,quod
dicere de alterius aut ingenio aut elo
quentia,uel maximè uideatur eſſe in-
genioſi & eloquentis:quodq́; Cicero
nis eloquētiam facilius ſit laudare, &
admirari,quàm æmulari. Verùm hęc
omnia idcirco à me proferuntur,ut &
gradus tanti uiri et quaſi proceſſus di
cēdi, totumq́; curſum illius unà cum
labore & induſtria perſpicere nomi-
nis eius ſtudioſi poſsint, & uidere,
quemadmodum ille ſit in ſpacijs Q.
Hortenſium ipſius ueſtigijs perſecu-
tus. Ac quam diu quidem Reſp. ſtetit,
forum populi Ro. quaſi theatrum il-
lius diuini ingenij fuit, pluſq; in agē
do tū Cicero, quàm in ſcribendo ſtu-
dij curæq; collocauit. Quæ autem in
philoſophia didicerat, quæ uirtutis
continet,& officij & beneuiuendi di-
ſcipli-

diſciplinã, in qua à primo tempore ę-tatis incredibili induſtria eſt uerſatus, ea omnia ad uitam potiſsimũ referenda putauit: in qua & publicè & priuatim ea prȩſtitit, quæ ratio & doctrina præſcripſit. Quod & principum in Rep. & doctiſsimorum hominum familiaritates declarant, quibus innumerabilibus ſemper domus Ciceronis floruit: quorũ quidem tantorum uirorum tanta ſtudia tum conſequi, tum conſeruare, niſi excellenti uirtute, & ſingulari officio, morumq́ humanitate, nullo modo potuiſſet. *Amicitiæ illuſtres Ciceronis.*

Quamobrem cum omne curriculum ſuæ induſtriæ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboraſſet: adeò non ſolum notus factus eſt omni populo, ſed etiam omnes homines, ciuiumq́ ſuorum familias, domos, propinquitates, clientelas, ſtudia, mores, uitam deniq́ ac fa-

ſummum Conſulatus faſtigium contendit & adſpirauit. Ac tempore quidem prenſationis petitionisq́ ſuæ & in ipſa ambitionis occupatione illud moleſtiſsimum & triſtiſsimum ei accidit, q̃ & L. fratrem cariſsimum, & paulopòſt ad octauum Cal. Decemb. patrem quoq́ ſuum amiſit: quem tamen dolorem luctumq́ acerbiſsimũ, læti rurſum fortunæ ac honoris ſucceſſus mitigare nonnihil potuerunt. Nam eodem propè tempore L. Iulio Cæſare, C. Martio Figulo Coss. & filiolo auctus eſt, ſalua uxore Terentia, & generum adeptus eſt C. Piſonem, L.F. Frug. cui Tulliolam deſpondit, & petitum deniq́ Conſulatum, uoti compos, paulopòſt obtinuit. Domũ paternam relictam Q. fratri cõceſsit: ipſe quo facilior aditus ad ſe omnibus patêret, in Palatio atq́ in pulcherrimo Vrbis loco habitauit, ornãdamq́

dignitatem domo uerius, q̃ ex domo dignitatẽ quærendam exiſtimauit. Et quia domus eius ab hominũ cuiuſcꝫ generis multitudine quotidie ſolita erat frequentari, ſuffragata ea res ei ad Conſulatum putabatur. Cumcꝫ competitores ei eſſent ſex, duo patritij, P. Sulpitius Galba, L. Sergius Catilina: quatuor plebeij, C. Antonius M. Antonij oratoris filius, L. Caſſius Longinus, Q. Cornificius, & C. Licinius Sacerdos; quorum duo priores illi nobiles fuerunt, hicꝫ poſteriores duo non primi ex familijs ſuis magiſtratum acceperunt: Marcum tamen Ciceronem hominem nouum illum quidem, ſed ex candidatis ſolum equeſtri loco natum, & rebus alijs omnib. ornatiſsimum, incꝫ omni munere candidatorio fungendo diligentiſſimum, comitijs ſuis cuncta Italia, omnes ordines, uniuerſa ciuitas nõ prius tabella

tabella indice tacitæ libertatis,quàm uiua unaq́ue uoce priorem Conſulem declarauit,adiuncto ei collega C.Antonio. In quo quidem honoris dignitatisq́ue ampliſſimo munere Cicero primus ac unus ex omnibus nouis hominibus poſt hominum memoriã,multis nobiliſſimis uiris longè poſthabitis,locatus, & cũ poteſtate imperioq́ue conſtitutus, cum omnes uigilias, curas,cogitationes configeret in Reip. non modò ſalute, ſed etiam dignitate tuenda & conſeruanda,tantas ille res, tam admirabiles,tam glorioſe, tamq́ue ſalutariter ſuſcepit geſſitq́ue togatus,ut non modò res ullæ geſtę ſint unq́ue in bello tantæ, uerumetiam ut omnium planè hominum opinionem, ſpem,expectationemq́ue ipſius uirtus admiratioq́ue ſuperarit,utq́ue iure ſuo ipſe de ſe glorietur, ſe ſuis maiorib. uirtute ſua præluxiſſe,ut ſi prius noti nõ fuerint,

 à ſe

populo (cuius obſiſtere utilitati exiſtimabat̃) diſceptatore uti nõ dubitauit: ubi ita uerba fecit, et ita citò ad ea quę uolebat Quiritũ animos attraxit, ut nemo unquam tanta populi uoluntate populare quicq̃ ſuaſerit, quanta hic Cos. gratiſsimam omniũ & acceptiſsimã legem abrogarit, alimẽtaq́ tribuũ, ipſis haud inuitis, ſuſtulerit: Senatũ deniq́ & omnes bonos maximarum largitionũ metu liberarit. Idem ille Cos. agrũ Campanũ, ſi diuidi non oportuit, cõſeruauit: ſi oportuit, meliorib. auctorib. reſeruauit. Illo ſuadẽte, theatralis auctori legis Roſcio Tribuno pl. tribus ignouerunt, notataſq́ ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerũt. Illo orante, proſcriptorum à L. Sylla liberos, honores petere puduit. Ille adoleſcentes bonos & fortes, ſed uſos ea conditione fortunę, ut ſi eſſent magiſtratus, Reip. ſtatum

De L. Roſcia uide Flor. Epit. lib. 99. & Ciceronem pro Muræna.

cõuulſuri uiderent, ſuis inimicis, nulla Senatus mala gratia, comitiorũ ratione priuauit. Ille in C. Rabirio perduellionis reo, XL. annis ante ſe Conſulem, interpoſitam Senatus auctoritatem ſuſtinuit contra inuidiam atq; defendit. Ille Antonium collegã cupidum prouinciæ, multa in Republica molientem, patientia atq; obſequio ſuo mitigauit. Ille prouinciam Galliam, Senatus auctoritate, exercitu & pecunia inſtructam & ornatam, quam cum Antonio cõmunicauit (q͡ ita exiſtimabat tempora Reip. ferre) in concione depoſuit, reclamante populo Romano. Ille L. Catilinæ coniurationem nefariam, de opprimenda Rep. diripiendaq; Vrbe, & delenda patria, mira induſtria indagauit, patefecit, protulit: ipſumq; autorem Catilinam, cædem Senatus, interitum ciuitatis, non obſcurè, ſed palàm molientem,

tem,egredi ex Vrbe iuſsit,ut à quo ci ues Ro. legibus non poterant, mœni bus tuti eſſent. Ille tela,extremo menſe Conſulatus ſui, intenta iugulis ciuitatis de coniuratorũ conſceleratis manibus extorſit. Ille faces iam accenſas ad incendendam Vrbem,ſedem Quiritum,arcem regum ac nationum exterarum,lumen gentium,domicilium imperij,comprehendit,protulit,extinxit, ſuisq́; conſilijs, ſuis laboribus,ſui capitis periculis Remp. ex flãma atque ferro,ac penè ex parricidarum fatiq́; faucibus eripuit, conſeruauit, ac S.P.Q.R. reſtituit: ut merito ſuo primus omnium M.T.Cicero honorificentiſsimo & pietatis pleniſſimo titulo,in libera Repub.cum à Q.Catulo principe ſui ordinis,& auctore publici conſilij,frequentiſſimo Senatu,tum à M.Catone, multisq́; alijs, non modò in Senatu,ſed ſæpe aliàs,Pater patriæ

conſeruata ob defenſionem ciuium, ſingulari, nouoꝙ & inaudito genere ſupplicationis deorum immortalium templa à Senatu patefacta fuerunt. Quinimò idem ille nō ſolum primus togatus triumphū linguęꝙ lauream meruit:ſed omnium triumphorū lau-ream maiorem. Siquidem plus eſt in genij Ro. terminos in tantum promo uiſſe,quàm imperij. Nec tantum pa-triæ ille,uerumetiam facundiæ,Lati-narumꝙ literarum parens, nomenꝙ Ciceronis iam non hominis, ſed elo-quentiæ exiſtimari ſolet. Ille cum in concione abiens magiſtratu, dicere à Tribuno pl. prohiberetur quæ con-ſtituerat, cumꝙ is ipſi tantummo-do ut iuraret, permitteret:ſine ulla du bitatione iurauit, Remp. atꝙ urbem Ro. ſua unius opera eſſe ſaluam. Illi populus Rom. uniuerſus illa in con-cione non unius diei gratulationem,

ſed

ſed æternitatem, immortalitatemq́ donauit, cum ſuum iuſiurandum talẽ atq; tantum iuratus ipſe una uoce & conſenſu approbauit. Quo quidem tempore is illius domum ſuit è foro reditus, ut nemo niſi qui cum illo eſſet, ciuium eſſe numero uiderẽt. Quid multa? ita eſt ab illo conſulatus peractus, ut nihil ſine conſilio Senatus, nihil non approbante populo Ro. egerit, ut ſemper in Roſtris curiam, in Senatu populum defenderit, ut multitudinem cnm principibus, equeſtrẽ ordinem cum Senatu cõiunxerit. Omitto nunc reliqua quę idem ille geſſit in ſuo feliciſsimo illo nunquã ſatis laudato Conſulatu. Neq; enim illa aut ita ſunt obſcura, ut teſtimonium: aut ita dubia, ut orationẽ laudationemq́ cuiuſquam deſiderent: ſed ſunt ita nota, ita cõſpicua, ut de ſe etiam Cicerone tacente, ipſa loquantur, mortuoq́ illo

illo uiuant, & teſtimonium illius de republica conſiliorum perhibeant. Et ſunt tamen quoq; non modò Pomponij Attici & ipſiuſmet Ciceronis, uerum etiam plurimorum clariſſimorũ ſcriptorum & hiſtoricorum literis ſatis celebrata. Ac profectò ſi uerè dictum eſt à Biante illo ſapiente, ut quidem eſt, quòd magiſtratus uirum oſtendat, nimirum præclarè geſti magiſtratus, adminiſtratæq; & conſeruatæ reipublicæ ad cõmunem ſalutem, exemplum omnibus M. T. Cicero eſſe poteſt, parẽs ac ſalus urbis & fortunæ Ro. Cui ſanè uiro patriæ amantiſſimo, cum neq; in conſilijs de republica capiendis diligentia, neq; in periculis à repub. propulſandis animus, neq; in ſententia ſimpliciter referenda fides, neq; in hominum uoluntatibus pro republica lædendis libertas, nec in perferendo labore induſtria,

contra L. Semproniam, Lentulus Ce
thegusq́ꝫ coniurati ſupplicio affecti
fuiſſent, omnia'que contra ius & fas
mouens ac promouens Clodius, ple
bis & potentiſsimorum nonnullorũ
animos, ſuis accuſationibus, obtrecta
tionibus, calumnijs, conſilijs nefarijs,
pactionibus, factionibus, aduerſus Ci
ceronem ita inflammaret ac concita-
ret, ut ille neceſſe haberet aut conſtri-
ctus cum domeſticis hoſtibus pro ſa
lute ſua ciuilibus armis depugnare:
aut urbe, patriaq́ꝫ relicta, rebusq́ꝫ ca-
riſsimis omnibus, in exiliũ indigniſ-
ſimum diſcedere. Eodem tempore
Clodiano fortè L. Lamia, equeſtris
ordinis princeps, cum pro ſalute Ci-
ceronis acerrimè propugnaret, à Ga-
binio Cos. in concione lege relega-
tus: & delicto, ut ab urbe abeſſet M.
paſſus, iuſſus eſt. quod ante id tempus
ciui Ro. Romę contigit nemini. Tan

e tum

tum ualuit ingratiſsimorum hominũ conceptum atq; effuſum in Ciceronẽ odium. Ita ille omne tempus poſt Cõſulatum ſuũ obiecit ijs fluctibus, qui per eum à communi peſte depulſi, in ipſummet redũdarunt. O quanta uis in Repub. temporum? quanta uarietas & conuerſio rerum? quàm incerti exitus? quàm flexibiles hominum uolũtates? quid inſidiarum? quid uanitatis in uita? Sed optimus ille ciuis cum initiò ſemper'que nihil mallet, quàm pacem tranquillam: eaq; deſperata, nihil tam fugeret quàm arma ciuilia: re deliberata, magniſq; hominũ ſtudijs poſthabitis, tãdem cedere exultanti furori Tribunitio, quàm armis obſiſtere maluit. quòd & uincere & uinci in tali bello luctuoſum Reip. foret: ſeq; nec uictorem, neque uictum à culpa reprehenſioneq; eſſe abfuturum, uir prudens arbitraretur.

tur. Quare pio conſilio dimicationē cædemq́ꝫ fugiens, ciuiumq́ꝫ ſuorum à ſe conſeruatorum ſaluti, incolumitati, fortunis cōſulens, ſe unum ꝑ omnibus, proq́ꝫ tota Repub. ut & antea fecit, quàm omnes, totamq́ꝫ remp. pro ſe uno in extremum rerum omnium diſcrimen cōijci ſatius putauit. proq́ꝫ ſalute patrię & ciuium ſuorum, quæ illi ſemper fuit ſua uita carior, factus eſt ſua uolūtate exul, cum maximo & publico omnium luctu, & mœrore: in quo, præſente etiam tum Cicerone ipſo, Senatus, hominumq́ꝫ præterea uiginti millia, ueſtem pro ſalute eius publico conſilio mutarunt, uicemq́ꝫ patris patriæ opimè de ſalute patriæ meriti in exilium uoluntariū abeūtis, piè doluerunt. Qui cum antea rempublicam ſeruaſſet pręſens gloria ſua, eādem quoq́ꝫ ærumna & diſceſſu ſuo abſens ſeruare, cædemq́ꝫ à ciuib. ſuis,

Exilium Ciceronis uoluntarium.

Luctus de Cicerone exule.

uaſtitatem, incendia, rapinas, ſuo dolore luctu'que depellere non dubitauit. Digreſſus itaq; eſt urbe propter inſidias factionis Clodianæ, de nocte ferè media, ita ſuadentibus amicis & familiaribus, quorum nõnulli ipſum concomitati ſunt. Eius abitus ut primùm uulgatus eſt, continuò Clodij Tribuni plebis conſilio, inſtinctu, operaq; ei ueluti profugo aqua & igni interdictum: & publicè edictum propoſitum eſt, ne intra quingenta milia ria Italiæ (ut Plutarchus author eſt) tecto hoſpitióue reciperetur. Interea prædia & uillæ, domuſq; illius direptionibus, incendijsq; Clodianorum patuerunt. Vexabatur uxor eius, liberi ad necem quærebantur: gener, & Piſo gener, à Piſonis Conſulis pedib. ſupplex reijciebatur. bona direpta ad Coss. L. Piſonẽ & A. Gabinium deferebantur. domus in Palatio ignib. inie-

Diſceſſus ab urbe

Direptio bonorum Ciceronis.

iniectis ardebat, uis que latrocinij illius tota urbe uolitabat. Ita ille ſubitò & ſimul, omnibus ampliſsimis, cariſsimis, iucundiſsimis rebus eſt deſpoliatus, cũ ipſe ſe è cõplexu patriæ, conſpectuq; Senatus eripuiſſet, et metu periculi, non ſui, ſed Reip. furori Clodiano, ſceleri, perfidiæ, telis minisq; ceſsiſſet, patriamq; cariſsimam propter ipſius patriæ caritatem reliquiſſet. Quem caſum illius tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, (quemq; uir ſumma autoritate, ſumma eloquẽtia dixit grauiter, funus eſſe reip.) non iã ſolũ homines, ſed ipſa etiã tecta urbis, forũ, ac tẽpla lugere uidebant. Ipſi igitur proficiſcenti ex Italia, celeriter allata eſt rogatio de pernicie ſua: in qua erat, ut ſibi ultra quadringenta milia, quemadmodum ipſe ad Atticum ſcripſit, liceret eſſe. Illò cũ peruenire non liceret, nec locũ, ubi

Iter Brunduſium. pro ſuo iure diutius eſſe poſſet, habe-ret, ſtatim iter Brunduſium uerſus cõtulit, quò uenit ad Calendas Maias. Inde libenter Athenas petiturus erat. Sed quoniam eius hoſtes ibi erant, et ipſe uerebatur ne interpretarentur illud quoqꝫ oppidum ab Italia non ſatis abeſſe, iter ſuum conuertit Dyrrhachium, quò benignè inuitabatur. Ibi cum eſſet, duo ei nuncij afferebantur de Q. fratre: unus, claſſe fratrem Epheſo Athenas: alter, pedibus per Macedoniam uenire. Itaque Cicero illi obuiam miſit Athenas, ut inde Theſſalonicam ueniret. ipſe proceſſit, & Theſſalonicam ad decimum Calendas Iunij uenit: neque de fratris itinere quicquam certi habebat, niſi eum ab Epheſo antè aliquanto profectum. Itaque manſit Theſſalonicæ expectatione ſuſpenſus donec certior factus eſt, fratrem Athe-

Dyrrhachium.

Theſſalonicam.

nas

nas ueniſſe Idib. Maij, ualdeq́ ei feſti nandum fuiſſe, ne quid abſens in rebus ac fortunis ſuis acciperet calamitatis. Quapropter M. Cicero maluit eum properare Romam, quàm ad ſe uenire: & ſimul animum inducere nõ potuit, ut, aut illius, à quo unicè amabatur, quemq́ cariſſimum habuit, luctũ ſqualoremq́ molliſſimo animo, tãto in mœrore aſpiceret: aut ſeſe, quẽ ille florentiſſimum reliquerat, perditum illi afflictumq́ offerret, aut ab illo miſerias ac ærumnas ſuas aſpici pateretur. Atque etiam illud timebat, quod profectò accidiſſet, ne à ſe digredi ille non poſſet: huius acerbitatis euentum, altera acerbitate non uidendi fratris uitauit. Ipſeq́ & expectatione literarum Pomponij Attici, & ſpe nonnulla melioris nuncij, et uerò etiã liberalitate Plancij, Theſſalonicæ aliquandiu eſt retentus. Poſtea

inde extruſus ab ipſo prçcipuè loco, minimè appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem, Theſſalonica proficiſcens, rurſum Dyrrhachium (Dyrrhachinos enim ſui ſtudioſiſsimos habuit) rediit, ubi, etſi hoſpitaliſsimè tractatus eſt, & ſummo honore affectus: tamen in tãto luctu ſuorũ, tanta diſiunctione, tanta acerbitate, tãta ſpoliatione omnium rerum, quas illi aut natura, aut fortuna dederat, uitã ſibi inſuauem eſſe putauit. neq; enim obliuiſci potuit, qui Romæ antea fuerit, & ſenſit qui eſſet in exilio, quo careret honore, qua gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre, quem quidem pluris faciebat, ſemperq́; fecit quàm ſeipſum. Manſit autem in exilio ad decimum propè menſem ingenti Vrbis patriæq́; & ſuorum flagrãs deſiderio, à quibus non minus & ipſe uiciſsim iamdudum deſiderabat.

Reditus Dyrrhachium.

Tempus exilij Ciceronis

Certè

Certè curia,forum, ipſaq́ꝫ tribunalia, illũ ut quę maximè, in dies magis ac magis requirebãt, donec S.C. factũ, & mirifico ſtudio omnium hominũ, ætatum,atq; ordinum, unanimi conſenſu, incredibili concurſu Italię, comitijs centuriatis, lege optatiſsima de reditu Ciceronis perlata eſt. Poſteaq́ꝫ enim P. Lentulus Cos. eſt creatus, qui ſemper Ciceroni fuit amiciſsimus,quiq́ꝫ illo Cos. fuit Aedilis Curulis, & conſiliorum illius omnium conſcius,ille quidem, quem dixi,Lentulus, initio ſui magiſtratus,nihil omnino prius quàm de reditu Ciceronis agendum ſibi iudicauit: cũ quo Cn. Pompeius uir omnium in illa repub. uirtute, ſapientia ac gloria princeps, idem ſenſit,egit, atq; perfecit. quibus acceſſerunt alij innumerabiles, inprimisq́ꝫ excellenti animo,uirtute, & authoritate T. Annius Milo Trib. pl. & S.C. & L. de reditu Ciceronis.

P.Seſtius, qui præſtanti in Ciceronē beneuolentia & diuino ſtudio extiterunt. Cæterùm cum Senatus habendus, deq; Ciceronis reditu agendum eſſet 8. Cal. Febr. P. Sextius & Q. Fabritius, ut obſiſterent Clodianorū conatibus noctu armatorum hominū præſidium in templo Caſtoris collocauerunt. Quo intellecto, Clodiana factio, pugna cum illis commiſſa, non nullos occidit, multos uulnerauit: inter quos & Q. Ciceronis ſalus periclitata. P. uerò Seſtius uiginti uulneribus confoſſus, ciuiūq; cęſorum cadaueribus Tyberis repletus eſt. Tanto reip. illud S. C. de reditu Ciceronis ſtetit. uerūtamen P. Lentulo Cos. Cn. Pompeio, T. An. Milone, reliquisq;, quos diximus, ducib. ac hortatorib. eorūq; opera, ſtudio, diligentia, labore, dijsq; immortalib. approbātib. de reditu M. Tullij tandē eſt confectum.

fectum. Quem nuncium tam lætum, tam uotis omnibus exoptatum, tam precibus cunctis à Deo opt. max. ſemper expetitum, expectatumq́ue, cũ ſtudio literisq́ue Q. fratris & ſuorum, primùm celerrimeq́ue cognouiſſet, ipſe pridie Non. Sext. Dyrrhachio eſt profectus, ipſo illo die, quo lex de ſe eſt lata. Inde Brunduſium uenit Non. Sext. Vbi ei ſtatim Tulliola ſua cariſsima filia ex grauiſsimo tum deſiderio luctuq́ue conſpecta, fuit præſtò commodùm natali ſuo ipſo die, qui caſu idem dies et aduentus Ciceronis erat, & reditus natalis Tulliæ, idemq́ue etiam ipſius Brunduſinæ Coloniæ. quæ res animaduerſa à multitudine, ſumma Brũduſinorum gratulatione celebrata eſt, qui Ciceroni aduenienti tanquam totius Italiæ atq́ue ipſius patriæ dexteram porrexerunt. Inde à Brunduſinis honeſtiſsimis ornatus,

Reditus à Dyrrhachio Brunduſiũ.

ita iter

ita iter fecit,ut uia tota,urbes Italię feſtos dies agere aduentus Ciceronis uideretur,& undiq; ad illum cũ gratulatione multitudo legatorum miſſorum conuenerit.Capua uerò, quæ tunc temporis Roma altera erat,urbs nobiliſsima, ſplendidiſsimorũ hominum,fortiſsimorũ uirorum, optimorum ciuium, Ciceroniq; amiciſsimorum multitudine redundans, quòd illius potiſsimum conſilio, cùm uniuerſam Remp. tum ſe ipſam urbem meminerat eſſe ſeruatam,eundem inaurata ſtatua donauit, ipſumq; patronum unum aſciuit: ab illo ſe habere uitam,fortunas,liberos arbitrabatur.

Reditus Romam. Ad urbẽ circiter 4. Idus Septembris ita acceſsit, ut nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit,qui illi obuiam non prodierit, exceptis ijs inimicis quibus id ipſum non liceret aut diſsimulare,aut negare. Ita unicũ

illud

illud lumen decusq; fori,curię ac urbis, ipſius reipub. uoce reuocatum, totiusq; Italiæ humeris Romam eſt reportatum, tanta tamq; incredibili omnium lęticia, ſalutatione, & gratulatione,quanta omnium prius cum triſticia & mœrore in exilium abiuerat. Cum ueniſſet ad portam Capenã, gradus templorum ab infima plebe completi erant:à qua plauſu maximo cum eſſet illi gratulatio ſignificata, ſimilis & frequẽtia & plauſus ipſum, uſq; ad Capitolium celebrauit:in foro, & in ipſo Capitolio incredibilis hominum multitudo fuit. Inde domũ reditus erat eiuſmodi,ut ſummam illam læticiam uerbis nemo conſequi poſſet: nec ullus ei dies in omni uita ſua illuxerit gratior,aut honorificentior, quàm ille ipſe, quo ſic expectatus redditusq; in priſtinam ſuam dignitatẽ eſt reſtitutus. Quẽ profectò

diem

diem,quam gloriam, teſtimoniumq́ꝫ populi Ro . ipſe quidem omnibus maximisq́ꝫ honoribus ſuis geſtis,triumphisq́ꝫ ac uictorijs multorum ſæpius anteponit. Poſtridie eius diei in Senatu, qui fuit dies Nonarum Septembr. Senatui Cicero gratias egit, quòd eius uirtute perfectum ſit, ut plus additum ad memoriã nominis ſui,quàm ademptum de fortuna uideret. Ac rei familiaris quidem iacturã quantã ille fecerit,ex bonis quę poſſedit ęſtimare facile licebit.Blõdus ſcribit ſe obſeruaſſe in Epiſtolis Ciceronis , Ciceronem uillas duodeuiginti numero habuiſſe, quas tamen eum ſimul poſſediſſe non affirmat,ſed pręcipuæ inter eas celebrioresq́ꝫ erãt præter Arpinatem Tuſculana , Formiana, Arcana,Pompeiana,ex quib.Tuſculanum ædificium quingẽtis ſeſtertijs,hoc eſt duodecim millib. & quin-

Gratiarum actio Ciceronis.

gentis

gentis coronatis, Formianum uerò ſeſtertijs ducentis quinquaginta millibus, & quidem ualde illiberaliter, ab inuidis ęſtimata fuiſſe, ipſe Cicero queritur. In urbe uerò primò idem 30 millibus dicitur habitaſſe annua mercede, id eſt ſeptingentis quinquaginta coronatis. Poſtea domum in Palatio de P. Craſſo emit millib. numorum trigintaquinque (ſic enim legendum eſſe uidetur, tricies quinquies ſeſtert. ſiquidē ſolam ſuperficiem earū ædium ſeſtertium uicies à Coss. æſtimatam fuiſſe, ipſe Cicero Att. lib. 4. ſcribit. Potuit igit̃ area quindecies addere ad preciū, etiam Budæi opinione.) Quanti autem reliqua prędia fuerint, hinc cuilibet ęſtimandum relinquo. Porrò hęreditatibus amicorum ſolis amplius ſeſtertium ducenties acceptū ſe retuliſſe ipſe teſtificatur: imò ſolum Diodotum mortuū reliquiſſe

ſibi

ſibi HS. fortaſſe centies ſcribit Attico.

Qui Atticus ipſe deinde ex patria fugienti Ciceroni ſeſtertia ducenta et quinquaginta in uſum uiatici donauit, quę ſex millibus & ducentis quinquaginta coronatis æſtimantur. Quã quam igitur Clodiani temporis iniuſtiſsima calamitate plurimũ doluit, acceptis tot ac tantis damnis et iniurijs: tamen ſibi Reiq́ꝫ pub. reſtitutus, tanquàm ex naufragio patrimonij fortunarumq́ꝫ ſuarum reliquias tabulas'que denuò colligens, ac reficiens, mox dãna illa ex autoritate Senatus ei partim reſarcita, partim ingẽti ac immorali gloria compenſata fuerunt. Sed pergo ad reliquum uitæ poſt reditum actę commemorandum curriculum: quod quàm fieri poteſt, paucis expediam. Reddito ſic Reip. ac reſtituto M. Ciceroni infeſtiſsimus erat inueterato iam odio P. Clodius, nec

tantũ ipſi, ſed omnibus etiam ijs qui illum reuocarãt, maximeq́ T. Annió Miloni, cui propter ſummum in Ciceronem ſtudium & amorem, & propter ſingularẽ in reditu illius cõficiendo induſtriam, capitalis eſt factus inimicus: adeò, ut non ſolũ apertè utriq́ minas cõtentionesq́ proponeret, periculumq́ denunciaret, ſed etiam Milonis domũ, Ciceronisq́ in Ceramio, expugnare & incendere conatus ſit: ac palam cum ſcutis homines eductis gladijs, alios cum accenſis facibus adduxerit, nec ſemel cum Milone Romæ depugnarit. Vnde tantũ utriusq́ in alterum odium exarſit, ut reſtingui niſi ſanguine non potuerit. Vix itaq́ intercelſerãt à reditu Ciceronis in urbem anni quinque, cum P. Clodius à Milone fortiſsimo uiro, uim ui, ut dicitur, depellente eſt occiſus: eamq́ cędem, ut iure factam, M. Cicero potiſsimum

mum patronus primarius Miloni cõ ſtitutus, tanto ſtudio, tantaq́ꝫ fide con ſtantiaq́ꝫ ita accuratè defendit, ut eius defenſionis exemplũ etiam ad poſteros extare uoluerit. Quare orationem illam ſuam pro Milone in foro & iudicio armis ſepto, magnoq́ꝫ factionis Clodianæ tumultu habitã, domi dein de, ut ſæpe alias actiones ſuas de integro ita perpoliuit, & ita perfectè ſcripto mãdauit, ut iurè & prima haberi, & pulcherrima nobiliſsimaq́ꝫ dici & nunq̃ ſatis, tantũ abeſt ut nimis ualde nimisq́ꝫ ſæpe laudari poſsit. Sed his omiſsis, ad reliqua, ut inſtitui, perſequenda pergo. Biennio ferè poſt, mortuo apud Parthos Craſſo Iuniore, Cicero qui antea, ſacerdotiũ, cum facilimè conſequi poſſet, & Augur fieri, neglexerat, idem poſt iniuriam calamitatemq́ꝫ acceptam, ad ſanandum illud uulnus iniuriæ ſua uolũtate in collegium

Oratio pro Milone.

Cicero Augur.

gium Augurũ eſt cooptatus, & à Q. Hortenſio Augure inauguratus: atque ita poſt conſulatum ſuum duodecim propemodũ annos unà cum eodem Hortenſio in maximis cauſis eſt uerſatus. Cui cum par iam honore, dicendi autem facultate etiam ſuperior eſſet, non conquieſcendum ſibi putauit; niſi etiam uitæ ſanctitate illum, quantum poſſet, ſuperaret. Quæ quidem in Cicerone tam probata, tãtaq; fuit, ut hac non minus homines, quàm oratione ſua permoueret. Poſtea idem Cicero contra & præter ſuam uoluntatem Procos. ex S. C. cum imperio in Ciliciam prouinciam Appio Pulchro ſucceſſor miſſus, cum ueniſſet Athenas, complures tum ibi dies eſt propter nauigandi difficultatẽ commoratus, ſecũq; quotidie non modò homines doctiſsimos in omni philoſophia, cauſisq; maximis, uerũetiã in

Cicero Procos. in Ciliciã profectus.

Athenas

rebus bellisq́ꝫ gerendis uerſari ſoli-
tos,habuit:quorum ſermonibus ſe de
didit,cumq́ꝫ eis et de grauiſsimis quę
ſtionibus diſputauit, et de officio Im-
peratoris, deq́ꝫ omni re militari,quæ
legerat,quæ audiuerat,atq́ꝫ cognoue-
Epheſum. rat, ſtudioſiſsimè contulit. Ex Attica
Epheſum iter fecit,ubi eius aduentum
P. Nigidius Romam ex legatione de
cedens expectauit,uir cùm cæteris ar
tibus, quæ quidem dignæ libero eſ-
ſent,ornatus omnibus,tum acer inue-
ſtigator,& diligens earũ rerum quę à
natura inuolutę uidentur,quiq́ꝫ extin
ctam quodã modo diſciplinã Pytha-
goream,quę aliquot ſecula in Italia Si
ciliaq́ꝫ antea uiguerat, renouauit. Ve
nit eódẽ tunc Mitylenis ſalutandi &
uiſendi Ciceronis cauſa Cratippus,
Peripateticorũ omnium illius ætatis
facilè princeps, quos ambos Cicero
ibi perlibenter & uidit, & cognouit.
Ac

Ac primū quidē tempus ſalutationibus,reliquum percunctatione, ſermonibusq́ eruditiſsimis illis cōſumpſit. Eſtq́ Epheſi ſic tractatus Cicero, ut de illius diei celebritate, ipſe, ſcribens ad Pomp. Atticum, dicat, nihil ſe unquam delectaſſe magis. Inde Trallibus & oppidis his quæ erant mirabiliter acceptus,Laodiceam uenit pridie Cal. Sext. Ita unum ferè menſem, in itinere propter æſtuoſæ et pulueru lentæ uiæ, & nauigationis difficultatem apud homines amiciſsimos,& nominis ſui ſtudioſiſsimos conſumpſit: gaudebatq́ ex annua prouincia, quæ illi longa uidebatur,propè iam undecim menſium prouinciā factam, & ſic abſenti ſibi unius menſis laborem detractum eſſe. Venit autem maxima ex pectatione in perditam & planè euerſam in perpetuum,ut ipſe ſcribit, prouinciam, Ser.Sulpit.Rufo, & M. Cl.

Marcello Coſs. pridie Cal. Sext. ac ante omnia maximè cõuenire officio ſuo, Reiq́ pub. cõducere exiſtimauit, parare ea quæ ad exercitũ, quæq́ ad rem militarem pertinerent. Quę cum eſſent ab eo cura magis et diligentia q̃ facultate & copia cõſtituta, ſtatuit æſtiuos mẽſes reliquos rei militari dare, hybernos iuriſdictioni. Aduentus eius ne nũmo quidẽ ſumptui fuit. Porrò admirabili & penè incredibili laude nõ ſolũ moderationis, manſuetudinis, clemẽtię, cõtinentiæ, innocentiæ, ſed etiã ęquitatis, iuſtitię, fortitudinis et prudẽtię, ita pręfuit ꝓuincię, ut opiniones omniũ ſuperarit: dũq́ tẽpus anni erat idoneũ, res geſsit non minimas. Laodiceæ moratus biduũ, perillustris fuit. Deinde Apameę quatriduũ, aut quinq́ dies moratus, Synnadis triduũ, Philomeli quinq́ dies, Iconij decem fuit. Inde ad caſtra uenit ad

7. Cal. ad 3. exercitũ luſtrauit, apud Iconiũ. Ex his caſtris cum graues de Parthis nuncij uenirent, perrexit in Ciliciã, per Cappadociæ partẽ eam quę cum Cilicia cõtinens eſt, iter faciẽs, eo conſilio, ut Parthi Cappadocia ſe excludi putarẽt: ſimul locorũ quibuſdã anguſtijs, & natura montiũ fretus, quibus Cilicia contra Syriã munitiſsima eſt, cum dies quinq; ad Cybiſtra Cappadociæ nõ longè à Tauro caſtra locata habuiſſet, ut & Ciliciã tueretur, & Cappadociam tenens, noua finitimorũ conſilia impediret, interea certior eſt factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeſſe, Ciliciç magis imminere. Itaq; confeſtim in Ciliciam contendit per Tauripylas Tarſum uſq;. in eo itinere per Cappadociã, pficiſcens Cicero, Ariobarzanen Regẽ, cuius ſalutem à Senatu cõmendatam habebat, præſentibus inſidijs

nec opinantē liberauit, regnūq́ eius ſeruauit conſilio, auctoritate, & opera ſua: & quod inſidiatoribus eius acceſſum largitionibusq́ eorū locum non dedit: neque ſolum ei ſaluti fuit, ſed etiam curauit, ut cū auctoritate regnaret. Hac re præclara in tranſitu Cappadociæ cōfecta, Tarſum in ultimam prouinciā uenit ad 4. Non. Octobr. Inde ad Amanū exercitum adduxit, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui mons erat hoſtiū plenus atrociſsimorū: cumq́ certo conſilio ſe diſcedere ab eo monte ſimulaſſet, & alias partes Ciliciæ petere, abeſſetq́ ab Amano iter unius diei, & caſtra apud Epiphaneam feciſſet, ad 4. Idus Octobr. cum adueſperaſceret expedito exercitu ita noctu iter fecit, ut ad 4. Idus Octobr. cū luceſceret, in Amanum aſcenderet: ubi diſtributis cohortibus, & auxilijs omnibus,

ſuis

ſuis copijs nec opinantes oppreſsit, ac uexauit Amanienſes, hoſtes pop. Rom. ſempiternos. Et ad 3. Idus Octobr. magnum numerum hoſtiũ cæcidit, cepit, reliquos diſsipauit. Eranã quæ fuit urbis inſtar, q̊d erat Amani caput, itemq́ Sepyrã, & Ceminorum, & reliqua numero ſex caſtella muniſsima improuiſo aduentu cæpit: complura incendit. Ita uictoria iuſta Imperator appellatus eſt, apud Iſſum apud aras Alexandri, quo in loco caſtris ſuis poſitis Darium ſuperaſſe dicitur Alexander Magnus imperator. Ibi quatriduum, aut dies quinq; moratus, in reliquijs Amani delendis, agrisq; uaſtandis, quæ pars eius montis prouinciæ Ciceronis fuit, id tempus omne conſumpſit: direpto & uaſtato Amano, inde diſceſsit. Interim rumore aduentus Ciceronis, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus

acceſsit,& Parthis timor iniectus eſt. Itaq; eos cedẽtes ab oppido, Caſſius inſecutus,rem bene geſſit,& fœliciter ab Antiochia hoſtem reiecit. qua in fuga magna auctoritate Oſaces, dux Parthorum,uulnus accepit,atq; interijt paucis pòſt diebus. Erat in Syria Ciceronis nomen magna in gratia. Abduxit igitur Cicero ab Amano exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem, ibi Pindeniſſum, quod oppidum munitiſſimũ Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit (feri homines,& acres,& omnibus rebus ad defendendum parati) ingens uallo & foſſa circundedit,ſex caſtellis,caſtris'que maximis ſepſit, aggere maximo, uineis, turri altiſſima, magna tormentorum copia, multis ſagittarijs oppugnauit, magno'que labore, apparatu,multis ſaucijs ſuis,incolumi exercitu,ſine ulla moleſtia ſumptu'ue

ſocio,

ſociorum,ſeptimo et quinquageſimo die pòſt,quàm oppugnare cœpit,mane Saturnalibus Hilaribus ſanè rem confecit,ut omnibus partibus urbis diſturbatis,aut incenſis, compulſi in poteſtatem illius peruenirent.militibus quoq;, equis exceptís, reliquam prædam conceſſit, mancipia ueniebant Saturnalib. tertijs: Pindeniſſo capto erant finitimi pari ſcelere & audacia Tibarani: ab his obſides accepit, exercitũ in hyberna dimiſit. Q. fratrem negocio prępoſuit,ut in uicis aut captis,aut malè pacatis, exercitus collocaretur.habuitq; æſtas ea hunc exitum ſatis fœlicem,nihilq; Ciceroni ad Imperatoris boni gloriam defuit:adeò, ut ipſe ad Atticum ſcribat, tanti ſe tum fuiſſe, ut ſe ipſe non norit, nec ſatis ſciuerit quid in hoc genere facere poſſet. Quod quidem in illo fuit eo admirabilius, quod ab eo

laus

laus imperatoria non admodũ expe-ctabatur. qui ætatem in forenſi ope-ra & Reipub pace conſumpſerat, ſed incredibilis quædam ingenij magni tudo, non deſiderauit indocilem uſus diſciplinam. Itaq; cum maximam par tem itineris & nauigationis tranſe-giſſet, partim in percunctando à peri tis, partim hiſtorijs legendis, in Cili-ciam factus Imperator uenit, cum eſ-ſet Roma profectus rei militaris non ſatis peritus. Tãta fuit hominis illius memoria, tantum optimarum artium ſtudium. In eodem tanta prudentia fuit in ſanãdis uulneribus quæ erant ante ſuũ aduentum impoſita prouin-ciæ, & in conſtituendis tẽperandisq; ciuitatibus, tanta ęquitas, ut omnium ſuperiorum, qui ante ipſum in prouin cia fuerunt, uicerit gloriam. Illud enĩ tempus ante ipſum fuerat in hoc quę-ſtu, ut ciuitates locupletes, ne in hy-bernis

bernis milites reciperent,magnas pecunias dare cogerentur: atq; hoc nomine Cyprij talenta attica CC.prius numerauerant, hoc eſt, C. & uiginti millia aureorum Gallicorũ. At Cicerone obtinente,ex ea inſula(non hyperbolicos loquor) nummus nullus erogabatur; cum tamẽ ipſe eadẽ ratione infinitas pecunias à prouincialibus exigere ac lucrifacere potuiſſet, ſi maiorẽ diuitiarum, quàm famæ rationẽ habere uoluiſſet. Ac ob ea quidem beneficia ille nullos honores ſibi,niſi uerborũ decerni ſinebat. Itaq; mirabilia planè quædam effecit. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ,multæ ualde leuatę ſunt.omnes ſuis legibus & iudicijs uſæ, reuixerunt. Iam cætera iuriſdictio nec imperita,& clemens,cum admirabili facilitate conſeruatæ ciuitates,cumulatè publicanis ſatisfactũ, offenſus contumelia

tumelia nemo,decreto iuſto & ſeuero perpauci,nec tamen quiſquam,ut queri auſus ſit, res geſtę dignę triumpho, de quibus etſi cum honorem qui à Senatu tribui rebus bellicis ſolet, merito ſuo primùm non aſpernaturus eſſe uidebatur,tamen triumphi prærogatiua ſupplicatione Romæ ſibi decreta contentus,ipſe Senatum Dijs immortalibus gratulari,quàm ſibi triumphũ parare maluit:præſertim cum triumpho multo clarius uideretur quod Senatus iudicarit, potius uirtute,mãſuetudine,æquitate,innocentia, diligentiaq; Imperatoris Ciceronis prouinciam,quàm ui militum,aut alijs præſidijs defenſam,retentam, atq; cõſeruatam eſſe. quod & Cato ſua ſententia cenſuit,& decreto laudauit: cum qua quidẽ laudatione Catonis, quem Cicero currum, aut quam lauream conferret? maximè cum & natura, & ma-

gis etiam (ut ipſe de ſe prædicat) ratione atque doctrina fuerit remotiſsimus ab inani laude, & ſermonibus uulgi. cuius rei teſtis eſt Conſulatus illius, in quo, ſicut in reliqua uita, ſtudioſe quidem ea eſt ſecutus ex quibus uera gloria naſci poſſet: ipſam tamen gloriam per ſe nunquam putauit uſquequaque expetendam. Itaq; & prouinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi antea quoq; neglexit.

Nunc igitur cum annuum munus, tempuſq; ꝓuinciæ adminiſtratę iam propemodum eſſet finitum, eámque famam Cicero Imp. eſſet conſecutus, ut non tam acceſsio quærenda, quàm fortuna metuenda eſſet, uel quia totũ reliquum negotiũ non uidebatur dignum uiribus ſuis, qui maiori in Repub. onera ſuſtinere & poſſet, & ſoleret, crebris literis Romam miſsis egit cum Senatu, & per amicos labora

uit

uit uehementer, ne ſibi quod timebat, tempus prouinciæ prorogaretur: ſed ut ad conſtitutũ deceſsioni diem, uidelicet ad 4. Cal. Sext. pro ſua neceſſitate decedere liceret. Siquidem annuæ ei operæ ad tert. Calend. Sext. emerebantur. Etenim ſic ab adoleſcentia ſemper iudicauit, ut de ſe ipſe teſtificatur, omnem peregrinationem, obſcuram & ſordidam fuiſſe ijs, quorum induſtria Romæ potuit illuſtris eſſe. Quod cum ita ſtatueret, omnes fructus prouinciæ præ ſuis actionibus publicis facile contempſit. Idcirco annuo munere ſuo defunctus, Quæſtorem Cælium proponens prouinciæ, ipſe dein deceſsit, ac Rhodũ puerorum ſuorum cauſa, & Molonis ueteris magiſtri atq; amici uiſendi gratia, iter habuit, ubi ei nec opinanti, de morte Q. Hortenſij Auguris, collegæ, & amici cariſsimi, nuncius triſtiſsimus

mus accidit. Indeq́ properè proficiſcēs Athenas nauigauit, pridieq́ Octobr. è naui egreſſus eſt, in Piræum Athenis diſcedens, & in Italiam pergens, per Brunduſium & Trebulanū iter fecit. Cum autem iam erat auditū Ciceronis reducis ex prouincia aduentum appropinquare, ipſumq́ Brunduſio profectum, in Trebulanum ad 8. Idus Dec. ueniſſe, ibique ad 5. Idus etiam tū fuiſſe conſtaret, accepto hoc nuncio Cn. Pomp. ad 6. Calend Ian. continuò Ciceronem eſt conſecutus. unaq́ Formias uenerunt, & ab hora octaua ad ueſperam de Reipub. ſtatu ſecretò collocuti ſunt. Inde Cicero ad 3. Non. Ianuar. natali ſuo, ad Vrbem cogitabat. Sed eo die in Albano Pompeij commoratus, ad urbem uenit pridie Non. Ian. obuiam ei ſic eſt proditum, ut nihil fieri potuerit honoratius, domúmque eſt reuerſus alieniſsimo

reipub. tempore. Incidit enim in ipſum incendiū ciuilis diſcordiæ, uel potius in ipſam flammam belli inter C. Cæſarem & Pompeium: qui tunc de ſua potentia dimicabant, periculo ciuitatis. Quo cognito, cum uideret ille, pacis pręſertim ciuilis ſemper laudator, ſemper auctor, & ſe et uniuerſam Rempub. deuenire in mediū rerū omnium certamen atq; diſcrimen, habitis uarijs in iſta controuerſia conſultationibus à Senatu, ipſe prudens & ſalutare conſilium pro tempore, & è re nata cępit, ut et Cęſarem Pompeio, & Pompeium Cæſari, & utrumque Reip. reconciliaret, ociumq; et pacem & concordiam ciuium tueretur. Quā quidem ad rationem ipſe & natura et perſona ita apta, ita idonea ab omnibus exiſtimabatur, ut magis idoneus ad eam cauſam tum nemo facile reperiret, præſertim cū ſemper hos duos prin-

principes ille ſibi delegerit quos pręcipue coleret, et quibus eſſet, ſicut fuit, amiciſsimus. Quamobrē Cicero de ſententia Senatus, propoſitis æquiſsimis rationibus & conditionibus pacis & reconciliatiouis, quæ tam Pompeio quàm Cæſari tolerabiles eſſent, utrumque ad pacem & concordiam hortari non deſtitit. Quam quidem uel iniuſtam, utiliorem eſſe, quàm iuſtiſsimum bellum iudicauit, quòd & armorum exitus ſemper incerti, & ex tali uictoria cùm multa mala, tū certè tyrannis extitura pernicioſa uidebatur. Ideoq; precibus omnib. utrumq; uehementer orauit, obteſtatúſque eſt, ut exercitus quos habebant, reipub. cauſa, dimitterent: permitterentq;, ut reliqua rès per Senatum ex æquo & bono conficeretur. nec deſtitit omnia & ſentire, & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent. Sed Pom-

peius,qui nec Cæſarẽ magnifaciebat, et ſuis ac reip.copijs confidebat,ullas quantũuis ęquas cõditiones pacificationis accipere detrectauit:mirusq́; inuaſerat furor nõ ſolũ imp̃bos,ſed etiã hos qui boni habebãt ut pugnare cuperent.Eaq́; re Senatus Coss.Prætorib. Tribunis pl. & ijs qui Procoss. erant (quorum Cicero unus erat) negotiũ dederat, ut curarent,ne quid reſpub.detrimenti caperet:tunc Italię regionibus deſcriptis, quam quiſque partem tueretur, Cicero Capuã ſumpſit, & oræ martimæ præfuit à Formijs:nec ullum maius negotium ſuſcipere uoluit, quo plus ſuæ apud Cęſarem(apud quem et Dolobella erat)literæ cohortationesq́; ad pacem ualerent.Sed huic pacificationi Ciceronis cupiditates certorum hominum(nam ex utraq; parte erant qui pugnare cupiebant) impedimento fuerunt. Itaq;

Cæſar,

Cæſar, qui adhuc exercitum & pro-uinciam inuito Senatu tenebat, amentia quadã raptus, & oblitus nominis atq; honorum ſuorum, Arimino, Piſauro, Ancona, Aretioq; occupatis, prẹſidijsq; ibi collocatis, bellum ſuſcepit, & Pompeium (qui Cẹſarem ſerò cœpit timere) ex Italia fugauit, profligauit, tãdemq; ruentem proſtrauit, ipſumq; ex ea clade profugum tamdiu eſt perſecutus, donec à iuniore rege Aegypti occiſum eſſe cognouit. Pompeio igitur ſublato, ipſe mira & incredibili celeritate diſiunctiſsimas terras Aſiam & Africam occupans, uictorijs ſuis illuſtrauit: rerumq; potitus, totum Ro. Imperium ſolus quoad uixit gubernauit. Cuius unius dominatu, cum ita omnia tenerentur, ut neq; eſſet uſquam conſilio aut auctoritati Ciceronis locus, ſocijq; tuendæ reipub. ſummi uiri eſſent amiſsi, nec

patriam Cicero reliquit, cum nihil
reipub .fuga ſua prodeſſet : ſed exem
plum ſecutus Socratis,qui,cum trigin
ta tyranni Athenis eſſent , pedem
porta non extulit. Sic ipſe quoq; Cę-
ſare dominante . Romæ manſit, nec
multum intereſſe putauit, audiret, an
uideret tyrannum patriæ imperare.
Nec uerò in communi calamitate an-
goribus mœſtitięq; , (cui reſiſtebat)
aut deſidię,(quod facere nō poterat).
ipſe ſe dedit,nec etiam indignis homi
ne docto uoluptatibus : ſed Q.fratre
Brutóque hortante maximè retulit ſe
ad ea ſtudia,quę retenta animo,remiſ-
ſa temporibus,longo interuallo inter
miſſa reuocauit,ac philoſophiam,quę
iacuit uſq; ad eam ætatem,nec ullum
habuit lumen literarum latinarum,ſi-
bi illuſtrandam , excitandamq; puta-
uit:ut,ſi occupatus profuit aliquid ci-
uibus ſuis,prodeſſet etiam ocioſus,o-
ciumq;

[Margin: Cicero Ciceronis ad ſcribendum de philoſophia ſe contulit.]

ciumq́ſuũ ad illorum negotium con ferre uideret. eiusq́ rei ſuſcipiẽdę cauſam ei primùm prębuit, grauis ille caſus ciuitatis, armaq́ ciuilia, quibus tum omnia redundabãt: quibus cum priſtinis muneribus eſſet orbatus, & à repub. forenſibusq́ negotijs prohibitus, ocium ei attulit negotij inopia, & ſolitudinem neceſsitas, non ſua uoluntas, eam ſibi ſolitudinem ne lãguere, aut ſemetipſum hebeſcere pateretur, ocio ſic fruebatur, ut id ad explicandam philoſophiam potiſsimũ conuerteret. Nã ſic ab hominibus doctis & ipſis philoſophis ſępe ab ineũte ætate audiuerat, non tantum ex malis minima oportere eligere, uerumetiã excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſſet boni. Maximis igitũ in malis, hoc tamẽ boni ſibi aſſecutus uidebatur, ut & ocio frueretur, & literis ea mandaret, quæ nec ſatis erant nota ciuibus ſuis,

Cauſæ & occaſiones ſcribendi de philoſophia.

& erant optimo quocꝫ digniſsima, et cognitu iucundiſsima. Itacꝫ neminem reprehenſurum ocium ſuum putabat, in quo ipſe non modò ſemetipſum languere nollet, ſed etiam ut quàmplurimis ſtudio ſuo prodeſſet, eniteretur. Quod quidem ſtudium tum ſibi pro reip. procuratione ſubſtitutū existimabat ipſius maximè reip. cauſa. Etenim multum referre ad decus & laudem ciuitatis, & magnificum etiam, Romaniſcꝫ hominibus glorioſum putauit, res tam graues, támque pręclaras latinis etiam literis contineri, nec græcis indigere. Quod ut aſſequeretur, eo magis elaborandum ſibi duxit, quòd illis temporibus nō pauci iam libri latini de philoſophia prolati circumferebantur, ſcripti parum conſideratè ab opt. illis quidem uiris, ſed non ſatis rhetoricis inſtitutionib. eruditis: qui etſi de rebus ipſis non malè

malè ſenſiſſe uidebant,tamen id quod ſenſerunt,nec politè, nec copioſè eloqui,aut literis mandare poterant, nec cogitationes ſuas rectè diſponere,nec delectatione aliqua inuitare & tenere lectorem. Quare libri illorũ minus etiam attingebantur, neglectiq́ iacebant. Quod cum M. Cicero uideret, quo tandem eorum qui ſic & ocio & literis abutebantur,ſcribendi licentia aliquo modo compeſceret, ipſe quoque ad totius philoſophię fontes aperiendos illuſtrandosq́ ſe contulit,tanto ſpe maiore, quanto iam antea plus oratorię laudi induſtria ſua attulerat: pręſertim cum eam laudem, dicẽdiq́ latinè maturitatẽ intelligeret ſua ętate iam ad ſummũ eſſe perductam, ut eò nihil fermè quiſquã addere poſſet,niſi qui à philoſophia, à iure ciuili, ab hiſtoria fuiſſet inſtructior. Huc acceſſit,qui alacriorem eũ ad inſtituta per-

ficienda reddidit, fructus laboris ſui quem cępit non modò ex ijs qui Grę carum literarũ rudes, ſed etiam ex illis qui docti & ætate prouecti in his libris à ſe editis acquieuerunt, quorũ ſtudio legendi, Ciceronis ſtudiũ ſcribendi, uehemẽtius indies eſt incitatũ, præſertim cum complurium non modò diſcendi, uerumetiam ſcribendi ſtudia uideret ſe commouiſſe, quibus magnum ipſe attulit ſcriptis ſuis adiumentum, & ad dicendum, & ad iudicandum. Hortata eſt etiam ipſum, ut hæc ſtudia philoſophiæ renouare inciperet, animi ęgritudo, fortunę magna & graui commota iniuria: cuius maiorem nullam leuationem potuit repetire. Ea uerò ipſa nullo modo melius frui ſe poſſe putabat, quàm ſi non modò ad legendos libros, ſed etiam ad uniuerſam philoſophiam ſcriptis ſuis pertractandam ſe dediſſet. Itaque

nihil

nihil ferè poſtea intermiſit, nec diſpu-
tare, nec ſcribere, ut optimarũ artium
uias traderet ſuis ciuib. eosq; opera,
ſtudio, labore ſuo, redderet doctiores.
Quod enim munus afferre maius me
liúſue potuiſſet, quàm ſi doceret atq;
erudiret iuuentutem? cuius in rep. latè
patère poſſet induſtria, illis pręſertim
moribus atque temporib. quibus ita
prolapſa adoleſcentia erat, ut omniũ
opibus refrenanda atq; coercenda fo
ret. in quam quidem diſciplinam ita
Cicero ſtudioſe operam dedit, ut etiã
poſt felicem illam laudatiſsimi conſu
latus ſortem, poſt fortiter & integerri
mè adminiſtratam prouinciam, rela-
túmque inde Imperatoris nomen, &
laureatos faſces, relicto foro atq; iudi
cijs, quaſi ludum amicis aperire, ſcho-
lasq; more Gręcorum habere non ſit
dedignatus. cumq; eſſent complures
cum eo familiares, ſæpe quid in eo
genere

genere poſſet, experiebatur. Quemadmodum enim antea à puero ad ætatem uſq; integram aſsiduè declamitabat cauſas (quod neminem ſe diutius feciſſe, ipſe affirmat) ita poſtea ſeneſcẽti ei de philoſophia ſenilis fuit declamatio. Sæpenumero ponere iubebat de quo quis audire uellet, & id aut ſedens aut ambulãs diſputabat: eumq; is qui audire uellet, dixiſſet quid ſibi uideretur, tum ipſe cõtrà dicebat more Academicorum. Sed non adoleſcentes ſolum docebat, cumq; familiaribus diſputabat ea quæ dixi: ſed in tanto ocio limatius omnia perpoliẽs, literis mandabat, ut conſuleret etiam poſteritati. Ita plures breui libros collapſa, quàm multis annis antea ſtante repub. conſcripſit, & in apertum edidit. Nam et de uniuerſa philoſophia, quantopere & expetenda & colenda eſſet, dixit copioſe: & ad eius ſtudium cohor-

Libri philoſophici.

cohortatus eſt,idq́ꝫ magnopere lauda uit atqꝫ defendit in eo libro qui fuit in ſcriptus Hortenſius. Et q̃d genus phi loſophię ipſe maximè probaret,ſeque returq́ꝫ, quatuor Academicis libris oſtendit. Cumq́ꝫ fundamentum eſſet philoſophię poſitum in finibus bono rum & malorum, pertractatus eſt is locus ab eo quinque libris, ut quid à quoque,et quid contra quemqꝫ phi loſophum diſputaretur,cognoſci poſ ſet. Totidem ſubſecuti libri Tuſcula narum quæſtionum,quibus idem au ctor res ad honeſtè beateq́ꝫ uiuendũ maximè neceſſarias explicauit. Primò enim de animorũ immortalitate, æternitateq́ꝫ,de q́ꝫ contemnenda mor te: ſecundo, de dolerando dolore: de agritudine lenienda, tertio: quarto, de reliquis animi perturbationibus, quas negat cadere in ſapientem,diſpu tauit. Quinto eam partem comprehē dit

Hortenſius. Academica. De Finib. Tuſcul.

dit, quæ harum diſputationum ſummam finemq́ꝫ continet, quæq́ꝫ totam philoſophiam maximè illuſtrat. Oſtẽdit enim ad bene ac beatè uiuendum uirtutem ſolam ſufficere, ac ſe ipſa eſſe contentum. Qui omnium è philoſophia eſt fructus uberrimus. Quibus diſputationibus patefactis, omnem quæſtionem de Natura deorũ trib. libris aperuit: cui ut abundè cumulateq́ꝫ eſſet ſatisfactum, de Diuinatione duos libros, et de Fato nnum, ſubiunxit. Quibus libris annumerandi ſunt ſex de Repub. & illi de opt. ſtatu ciuitatis, & de opt. ciue, ſpiſſum ſanè opus & operoſum, quod ille rerum ciuiliũ prudentia inſtructiſsimus et in maximis uerſatus in republica Romana rebus, tunc ſcripſit diuinitùs, cum ad gubernacula reipub. ſederet: ãgnus locus et copioſus, philoſophięq́ꝫ proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophra-

De natura deorum. *De Diuinatione.* *De Fato.* *De Repub.*

ſto,

ſto, totaq; Peripateticorum familia ex plicatus uberrimè. Et quoniam ſcriptum erat ſatis de optimo reip. ſtatu, conſequens eſſe uidebatur, ut ſcriberet idem quoq; de Legib. Sic enim, Platonem feciſſe uidebat, quem maxi mè imitabatur. Itaq; tres etiam libri ab eo pfecti additiq; ſunt de Legib. quibus totã cauſam uniuerſi iuris ac legũ complexus eſt, omnesq; leges, tam Pontificias, q̃ ciuiles, quas partim ex ipſo fonte iuſtitiæ & iuris, & ex intima philoſophia, partim ex Põti ficum libris, partim ex XII. Tabulis hauſit atq; repetiuit: eas inquam leges omnes accommodauit ad illud ci uitatis reique pub. genus quod optimum eſſe docuit, in illis ſex libris, quos paulo antè diximus, quorumq; præter unicum ſolum fragmentum libri ſexti, Somnium uidelicet Scipionis, nihil nobis fortuna reliqui fecit. De legibus.

Sed

Sed quandoquidem in rebus maiori
bus adminiſtrandis plurimum adiu-
De Gloria. uare ſolet gloria, ea quoque de re li-
bros duos edidit, qui hodieq; in La-
tio neſcio ubi latere creduntur. Scri-
De Conſolatione. pſit et de Cõſolatione ad filiam librũ
unum, quæ & auctori quidem ipſi ſę
pe mederi ſolita eſt, & cæteris, quot-
quot eam cognouerunt, multum pro-
De Senectute. fuit. Interpoſitus etiam eſt liber de Se
nectute ad Titũ Pomp. Atticũ miſſus.
Inprimisq; quoniã philoſophia uirũ
bonum efficit, et fortem, Catonem ſuũ
maiorem, (cuius laudationem quoq;
ſcripſit) in horum librorum numero
ponendum putauit: in quo cum ſene-
ctutis moleſtias leuat, & eius exerci-
tamenta cum uirtute coniuncta, fru-
ctusq; & ſolatia maxima enumerat,
tum uerò etiam agriculturam mirifi-
cè copioſeq; cõmendat atq; collaudat,
ut qua ex omnib. rebus ex quibus ali
quid

quid exquiritur, nihil ſit melius, nihil uberius, nihil homine libero dignius. Atque ut tum ad Atticum ſenem Cicero ſenex de Senectute: ſic deinde in Lælio ſuo ad amicum amiciſsimus de Amicitia ſcripſit. Quo & laudes amicitiæ ueras, & eius fontem, utilitatesq́ꝫ optime eſt complexus. Quib. dialogis Oeconomicus Xenophōtis de Græco latinus ab eodem iuuenili ætate factus: qui quamuis nunc etiam deſideratur, annumerādus tamen uidetur. Cum autem in philoſophia latiſsime paterent ea quæ de Officijs accurate & copioſe à multis diſputata præceptaq́ꝫ ſunt: quod nulla uitæ pars uacare officio poſsit, quodq́ꝫ in eo colendo ſita uitæ ſit honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo: eam etiam quæſtionem communem omnium philoſophorum, ſine cuius tractatione nemo ſe philoſophum au-

De Amicitia.

De Officijs

ſit profiteri, tribus libris iam ingraueſcente ætate magnificè explicauit: poſitisq; tribus generibus exquirendi officij: uno, cum deliberamus honeſtum, an turpe ſit: altero, utile an inutile: tertio, cum hæc inter ſe pugnare uideantur, quomodo iudicandum ſit: de ſingulis ordine ſingulis libris diſſeruit: eosq; libros M. filio nuncupauit: & Athenas, ubi tum philoſophiæ ſtudebat, tranſmiſit. Qua de re enim potius pater filio, aut quid uel ætati huius, uel authoritati illius aptius? Atque hæc quidem, quæ de philoſophia conſcripſit, ferè ſunt omnia, quæ quidem in lucem, manusq; hominum peruenerunt. Quod ſi placet, & Timæum ex Platone translatū, qui de Vniuerſitate inſcriptus legit, huc referamus, & illa quæ Paradoxa appellant, opuſculū paruum, in quo ludens, exercēdi ingenij ſtyliq; cauſa,

Timæus.

Paradoxa.

locos quoſdam communes, ſiue ſententias probabiles (de quibus in ſcholis erudito ſermone diſputatur) ipſe populari oratione ita tractauit, ut eo ipſo libello teſtatum relinqueret, nihil eſſe omnino tam incredibile, q̃d non dicendo ueriſimile efficiatur.
Recenſuimus hactenus opera Ciceronis philoſophica: quorum etſi multa temporum iniuria, & ineruditorum hominum negligentia, aſsiduaq́ꝫ, tot ſæpe bellis, Italiæ uaſtatione, partim interciderunt & perierunt omnino; partim mutilata imperfectaq́ꝫ ab interitu ſunt uindicata: tamen fato quodam, ſingulariq́ꝫ Dei prouidentia & beneficio maior illorum pars, ad hanc noſtram ętatem uſque permanſerunt, in quib. quale ſit genus philoſophię, cum non ſit obſcurum, & ab ipſomet auctore, cùm alibi, tum in Academicis ſuis ſatis diligenter explanatum:

non arbitror ea de re longiorem à me in præſentia orationem expectari. Nunc quia iam in hanc librorum Ciceronis cōmemorationem et nomenclaturam incidimus, nō incōueniens uidetur, de reliquis quoque eiuſdem authoris ſcriptis, quando, & quo conſilio in ijs elaborarit, paucis ſubiungere: prçſertim cum & hi in eundem numerū cum illis ſint referendi: & hæc cōmemoratio ad rationē ſtudiorū Ciceronis intelligendā, & ad noſtra corrigenda ſtudia, acuendaq́ꝫ iudicia nō parū conducere poſſe uideat̃. Cū igit̃ Cicero eam demū philoſophiā perfectā ſemper iudicaret, quę de maximis quęſtionib. copioſe poſſet ornateq́ꝫ dicere: uidiſſetq́ꝫ & Ariſtotelē excellentem uirū ſummo ingenio, ſubtilitate, et ſcientiæ copia, motū Iſocratis rhetoris gloria dicere ſ[illegible]etiā cœpiſſe, adoleſcētes docere, & prudentiā cū eloquētia

iun-

gere: itemq́ Theophraſtũ diuinum hominem idem ſemper ſtuduiſſe, prę clareq́ feciſſe, ut cum philoſophia dicendi præcepta coniungeret. Horum tantorum auctorum exemplo, ipſi quoq́, quem ſæpiſsime diximus, Ciceroni placuit nec priſtinum dicendi ſcribendiq́ ſtudium deponere, & ingraueſcente iam ætate, euerſaq́ Repub. in hac maiore uberioreq́ arte recte uiuẽdi, hoc eſt, in ſtudio ſapientię, quæ philoſophia dicitur, uerſari: ex qua etiam illa, tanquam ex fonte perenni, manabant. Quod & orationes eius declarant, philoſophorũ ſententijs refertę. Ex quo intelligitur, illum nec mediocrem ab ineunte ætate in ſtudio philoſophię operam curamq́ conſumpſiſſe, & cum minimè uidebatur tum maximè ſolitum fuiſſe philoſophari. in dicendi uerò exercitatione ipſum ad ſuam utilitatẽ ita ſemper

laboraſſe, ut ſequeretur atque tracta-
ret: non ſolum illud oratorium & fo
renſe dicendi, ſed hoc etiam philoſo-
phicum, quietum, æquabile & tempe
ratum diſputandi genus, quod quidẽ
nec ante, nec poſt Ciceronẽ ulli Græco
rũ uidemus cõtigiſſe, ut idem utroq;
genere tantundem uel profecerit, uel
etiam elaborarit. Poſteaquam autem
ad Rempub. acceſsit, deq; ea conſuli
cœpit: tum ita tribuenda erat opera
Reipub. omnis, ut nec litera quidẽ ei
faciẽda eſſet ulla, niſi forenſis: tantũq;
erat philoſophię loci, quãtum ſuper-
fuerat amicorum & reipublicæ tem-
poris. Id autem omne conſumebatur
in legendo. ſcribendi ocium non erat.
Itaq; ſtante republica in agendo plus
quam in ſcribẽdo operę ponebat. De
inde ipſis ſcriptis, non diſputationes
philoſophicas, ſed actiones ſuas man
dabat, ut ſæpe fecit. Quod orationes
eius

eius, quarum duę de ſexaginta adhuc hodie extant, locupletiſsimè teſtãtur. Quod ſi quando prætereà ſubciſiua quædam tempora incurrebant, ea ille perire non patiebatur, ut ſi qui feſti dies ad ludos celebrandos, aut ad ruſticandum dati erant, aut ſi legatio aliqua, aut eiuſmodi quępiam ceſſatio libera atque ocioſa contigerat: id tempus ille ſibi, cùm ad legenda ſcripta philoſophorum, & ad ea ſtudia recolenda: tum ad dicendi artem præceptaq; oratoria conſcribenda potiſsimum ſumpſit: ne ea, quæ ipſe magno labore, acerrimo ſtudio, atq; aſsiduo uſu, ex tot tãtiſq; cauſis, quas per omnem ętatem dixit, conſecutus eſt, inuidere iunctuti uideretur, ita tres ab eo libri in diſputatione ac dialogo de Oratore ad Q. Fr. Ariſtotelico more ſunt ſcripti, qui omnem antiquorum & Ariſtotelicam & Iſocraticam ratio

Rhetorica.

De Oratore.

nem oratoriam, eáque complectũtur quæ uiri omnium eloquentiſsimi clariſsimiq́; ſenſerũt, de omni ratione dicendi, quæq́; de eloquentia tribus diebus ijdem diuinitùs ſunt collocuti. Quartus de claris oratorib. qui dicitur Brutus. Quintus Orator ad eundem Brutũ de opt. genere dicendi. Sextus de Opt. genere Oratorũ, qui uerè Atticè & optimè dicere uideantur, cui libro connexæ erant, conuerſæ à Cicerone ex Atticis duorũ eloquentiſsimorũ nobliſsimæ orationes inter ſe coutrariæ, Aeſchinis. Demoſthenisq́;. Quibus amiſsis, id q̃d ſupereſt pœmiũ quoddã eſt illius operis. Septimus eſt de partitione Oratoria, q̃ dialogo in omnem cauſarum genus præcepta colliguntur. Octauus Topica ad C. Trebatiũ, quibus diſciplina inueniẽdorum argumentorũ continetur, & quaſi ſedes oſtenduntur, è quibus

Brutus. *Orator.* *De opt. genere Oratorum.* *Partitiones.* *Topica.*

quibus illa promantur. Quę quidem Topica ille in Gręciã proficiſcens, cũ ſecum libros nõ haberet, memoria repetita, in ipſa nauigatione conſcripſit, Trebatioq́ ex itinere miſit. Et duo præterea libri de Inuentione, qui putantur ij, quos ſibi adoleſcentulo ex cõmentarijs ſuis excidiſſe, alibi dicit ipſe. Quòd ſi quis etiam Rhetoricorum ad C. Herenniũ libros 4. eidem auctori attribuere, reliquisq́ annumerare uolet: cum eo ego ut nõ magnopere contendã, ita non uideo qua id ratione uel auctoritate idonea rectè defendam. Sed de libris tam philoſophicis, quàm oratorijs, M. Ciceronis iam ſatis. Miretur fortè quis, quòd tot uolumina, multaq́ in his tũ elaborata, tum pręclara perfecerit homo tam occupatus, cum neq́ occupata opera, neq́ impedito animo, nec niſi præparato ocio, nec exiguo tem

De Inuentione.

Ad Heren. Rhet.

pore,uel inſtitui res tantę, uel abſolui poſſe uideantur. Sed magis mirum eidem erit, ſi conſideret quantum illi temporis eripuerint, propter illa poemata carminaq́ꝫ ſubciſiuis horis ſcripta editaq́ꝫ, de quibus ſuprà dictum eſt: tot epiſtolę ad Atticum, ad Q. fr. Brutumq́ꝫ, & cæteræ quæ uulgo dicũtur Familiares, ad diuerſos ſcriptę, miſſæq́ꝫ. Quarum trigintaſex ipſos libros etiam nunc ſupereſſe & uidemus, & manib. q̃tidie terimus. Quas, ut opinio eſt, & ex illis ipſis epiſtolis, maximè ijs quas Familiares uocant, facilè eſt exiſtimare, collegit, et in uolumina retulit Tyro alumnus, & libertus & uerò etiam adiutor, ſocius atq; æmulus in literis ſtudiorum Ciceronis perpetuus, fideliſsimusq́ꝫ, quẽ ipſe ſcriptorum ſuorum Canonẽ appellat, quemq́ꝫ cùm propter humanitatem, modeſtiam, temperantiam, prudentiam,

Epiſtolæ.

Hiſtoria.

dentiam,

dentiã, amorẽ fidemq́ꝫ in ſe, tum propter innumerabilia officia, mirabilesq́ꝫ utilitates in omni genere uel negotiorum, uel ſtudiorum ſuorũ unicè ſemper amauit, fecitq́ꝫ plurimi, quod totus liber decimusſextus epiſtolarũ Familiariũ ad ipſum ſcriptarũ nõ obſcurè teſtat̃. Quid, quòd & hiſtoriam memoriamq́ꝫ rerũ Romanarũ literis mãdare inſtituit, cuius ſtudio incredibiliter et ardebat, et ei ſe cohortatione Attici totũ dabat, ad quã & libro illi cõmẽtarijq́ꝫ de Cõſulatu ſuo pertinere uiderent̃. Eiuſdẽ itẽ Attici rogatu et de Geographia magnũ opus, ut ipſe cõfirmat, inſtituere cogitauit, et ſuæ peregrinationis ut opus aliq̃d extet, effecturũ ſe Attico pollicebat̃. Hęc tot tãtaq́ꝫ monumenta ſua aliaq́ꝫ fortaſſe plura, cũ inſtituerit, perfecerit Cicero, operis, ut ipſe affirmat, ſubciſiuis, ut ſuę uigilię, ſuęq́ꝫ literę, et iuuẽtuti utilitatis, Geographia.

litatis, & nomini Romano laudis ali-quid afferrent, ubi illud tẽpus quod ualetudini, corporiq́ſ ſuo alioqui non ſatis firmo, q̃dq; cultui liberorum ſuorum, quos ipſe ſe aliquando & interdum ſubdocuiſſe fatetur: quod denique rei familiari officijsq́ domeſticis impertiuit? cũ tot annos, tot ac tantas cauſas negotiaq́ in foro, in curia, in Senatu actitarit, ſuſtinuerit, cõfecerit, & per omnem ætatẽ uſque ad ultimam ſenectam perpetuò in procuratione Reipub. in amicitia principũ, in officijs amicorũ & aliquotiens in longinquis legationib. peregrinationibusq́

Diligentia fuerit uerſatus. Sed erat acerrimum ingenium, incredibile ſtudiũ, ſumma diligentia, aſsiduitas, uigilantiaq́. æſtiuo tempore benè manè ſub primã aurorã ſurgens, horis matutinis, hyeme antelucanis ſtatim à multa nocte utebatur. Quin etiã ſi quando ad maio

rem

rem cauſſam acceſſurus erat, noctes totas inſomnes ducere ſolebat. quod & dicturus pro L. Murena, feciſſe dicitur, quē Catone accuſante ipſe Cos. defenderat. Cū enim in eadē cauſa ante ipſum & Q. Hortenſius Orator ingenioſiſſ. & copioſiſſ. & M. Craſſus, uir ſummma dignitate & diligentia, & facultate dicēdi, grauiſsimè multa dixiſſent, & Ciceroni de more ipſorū conceſſu, durior locus eſſet dicēdi relictus, ut cui in extremo, nō pars aliqua agēda cauſę, ſed de tota cauſa perorandū eſſet: cumque Hortenſius ſua parte illius cauſæ ornatiſsimè dicta, præcipuam laudem eſſet conſecutus: Cicero ſocius atque æmulus ſtudiorum Hortenſij, cum aliàs ad illam cauſarum operam nunquam niſi paratus & meditatus, & cogitatione accurata accedere ſoleret, tum id temporis nullam partem noctis dediſſe ſomno aut

Pro L. Murena.

 quieti,

quieti, ſed omne illud tempus in acerrima atque intentiſsima cogitatione, & totum animum, curamq́ in laude utriuſq; & Hortenſij & Craſsi, aut ſuperanda, aut æquãda certè, dicitur poſuiſſe. Ac quàm quidem in capiendo ſomno, tam etiam in cibo fuit parciſsimus, uictumq́ omnem & cultum corporis ad ualetudinem referebat, & ad uires, non ad uoluptatem. Hac intentione induſtriaq́, tot illa tantaq́ opera, quæ dixi, exarauit atque abſoluit. Vſqueadeò omnibus in rebus plurimum ualet diligentia: hæc una occupationes uincit omnes: hæc nihil eſt quod non aſſequatur: & ut in pauca conferam, hac una uirtute cætera quę ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, aſsiduitate, labore, omnesq; uirtutes reliquæ, hac una, inquam, diligentia continentur. Huius igitur uirtutis ſubſidio ille, qui ſumma

ma habebat cætera,ſi temporis etiam ſatis habuiſſet, ut quanta fuerit diligẽtia,intelligi potuiſſet,Deus immortalis, quænam, & quot,quantaq́ præterea uolumina, ingenij doctrinæq́ ac eloquẽtiæ monumenta ille ſtylo illo ſuo politiſsimo, conſcripta editaq́ poſteritati reliquiſſet. Sed ociũ illud neceſſariũ quod uiuente & ſolo rempub.tenente Caio Cęſare,attulerat Ciceroni, negotij, ut dictum eſt, inopia, nimis citò, nimisq́ ſalutariter, imò ſummo cũ reipub. diſcrimine rurſus noui belli,& quidem maximi ac periculoſiſsimi negotij ſuſtulit copia. Nã cum Cæſar propter odium atque inuidiam Dictaturę perpetuæ,quę uim iam regię poteſtatis ac dominationis obſederat,à M.et D.Brutis,&Caſsio ac Seruilio Caſca, cęterisq́ cõiuratis uindicib.Ro. libertatis in Senatu M. Antonio Coſ. & collega C. Cæſaris præſcu-

Cæſaris interitus.

pręſente, Idibus Martijs uigintitribus cultris uulneribusq́; eſſet confectus, trucidatusq́;: ingentes inde poſt illud patratum atque conſcitum facinus in urbe motus perturbationesq́; Reip. extiterunt, ubi rurſus Cicero ad conſtituendam & confirmandam pacem cõmodum & prudens plenumq́; humanitatis conſilium dedit: Athenienſiumq́; renouauit uetus exẽplum, Gręcum etiam uerbum uſurpans, quo tũ in ſedandis diſcordijs erat uſa ciuitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarũ obliuione ſempiterna conterendam delendamq́; cenſuit. His ita fundamentis pacis reiq́; pub. iactis, reuiuiſcere iam quodammodo libertas priſtina, ciuitasq́; in ea retinenda cõſentiens erigere ſeſe rurſum ſpe bona uidebatur, ſublato iam funditus et nomine & metu Dictatoris. Dictaturæq́; propter unius proximi Dictoris

Cicero pacis auctor.

ctatoris odium,& perpetuæ eius Di-
ctaturæ recentem memoriam. Sed ec
ce M. Antonius uir maximi animi, C.
Cæſare affine ſuo à reip dominatione
ſemoto, regniq; inſtrumento ab eodē
relicto, ad ſeq; delato, occaſionem re
gnandi nactus, ſubitò mutatis prio-
ribus conſilijs, ſuiq; diſsimilimus fa- *Antonius regni affectator.*
ctus, non tam nece Cęſaris deterritus,
quàm regni eiuſdem recordatione ir-
ritatus eſt, ut interfecti locum occupa
re conaretur. Itaque ille pacem me-
tuens, & ocio inimicus, cum ſe unum
plus poſſe confideret, quàm cæteros
omnes & uniuerſam ciuitatem, ma-
gno auſu regium affectauit principa-
tum: primámque turbandæ pacis ac
Reip. cauſam ei dedit & ambitio, &
prodagalitatem atq; æs alienum con
ſecuta auaritia: & his prætexta re-
cens ac idonea cauſa inulta mors Cę-
ſaris: cuius percuſſores cum Senatus,

aut liberatores ſuos collaudaſſet, Antonius contrà eoſdem urbe pulſos odijs armiſq; perſequebatur: huic Senatui etiã inſenſus, et indies magis ma giſq; grauis Reip. grauis cõmuni trãquillitati: urbano conſulatu ſuo, Dictaturam gerebat, leges ciuitati per uim imponebat, exules ſine lege reſtituebat: quácunq; iret per forum, per urbem, ad curiam, ad templum, ſemper agmen quadratum armatorum et numerum barbarorum ſagittariorũ ſecum ducebat: armis tenebat, aut excludebat Senatum. Ad hæc pecuniam publicã maximã dilapidabat, ærarium exhauriebat, uectigalia minuebat, & uendebat, prouincias unus omnes concupiſcebat: nonnullas de Pop. Ro. imperio tollebat, regna addicebat pecunia. Quid, quòd idem in concione palàm minari audebat, ſe cum magiſtratu abeſſet, quod urbem

Dictatura Antonij urbi grauis.

uentu-

uenturum cum exercitu, introiturum quotienſcunq; libitum eſſet: idemq; pro ęde Caſtoris ſedens, audiente populo Ro. dicere non uerebatur, niſi uictorem uicturum neminem. Hæc in urbe geri, tantumq; periculum cædis impendere Cicero cum uideret, Bruto preſertim et Caſsio libertatis defenſoribus exactis, reliquisq; socijs atq; adiutorib. conſiliorũ periculorumq; pub. urbe cedentibus, ipſe quoq; ſibi excedendum, nec diutius ibi manendum putauit. Tetrum enim ei ſpectaculum uidebatur, oppreſſa ab impijs ciuitas, opitulandi poteſtate præciſa: idq; audire abſens malebat, quàm pręſens intueri. Et habebat quidem opportunè tum ius legationis liberum cum Dolabella diſcedẽdi in Gręciã. ad quod accedebat priuata etiam cauſa, uiſendi ſui filij Ciceronis, qui tum temporis Athenis Cratippi philoſo-

Cicero de diſceſſu cogitans.

M. filius Athenis.

phi ſummi diſcipulus fuit, ad cuius confirmationem ualde eſſe utile pater cenſebat, ſe illuc uenire: ſed animus Ciceronis idem qui ſemper infixus in patriæ caritate, diſceſſu ab eius periculis ferre non potuit: ſimul ueritus, ne caſurus eſſet in aliquã uituperationẽ, quòd reipub. tam graui eius tempore defuiſſet. Quare in medio Achaico curſu, cum Eteſiarum diebus Auſter eũ in Italiam, quaſi diſſuaſor eius con ſilij, retuliſſet, ipſeq; in eo itinere à certis hominib. Roma recedentibus accepiſſet, M. Antonij concionem, quę lecta ei ualde placebat, ſtatim de reuerſione cœpit cogitare: maximè cum ſuſpicaretur etiam in diſcrimine accidere poſſe, ut ſua præſentia prodeſſe poſsit reipublicæ. Audiebat præterea, Antonium repudiatis malis ſuaſoribus, remiſsis Gallijs prouincijs, ad conſilium auctoritatem'que Senatus

Cicero amore patriæ redit Romam.

tus

tus eſſe rediturum. Quo nuncio in cenſus demum ad reditum Cicero re mis uelis'que Romam properabat. quò ut uenit, tanta ei ciuium multitudo obuiam iuit, ut ſalutationibus gratulationibus'que totus fermè ille dies ſit conſumptus. Poſtea Antonius Senatum cum conuocari cogiq; curaſſet, & Cicero non ueniret, ſeque excuſaret, quòd & de uia adhuc langueret, & ſibimet diſpliceret, tametſi re uera minas audaciamq; Antonij admonitus timebat, & propter periculum, eo die in Senatum non uenit. Tum Antonius, qui agmine quadrato in ędem Concordię uenerat, abſentia Ciceronis adeò eſt commotus, ut & in abſentem oratione acerbiſsima grauiter uehementerq; inueheretur: & audiente Senatu, magno ſtomacho apertè diceret, fabros ſe ad domũ ieus miſſurũ, et publicis operis eam di

Redtius in urbem.

Antonij in Ciceronem odium.

ſturbaturum eſſe. Quod quidem & facere iam animum induxerat: & facturus omnino erat, niſi interceſsionibus ac deprecationibus nonnullorum à propoſito eo fuiſſet deductus, ut pignore uadimonioq́ꝫ eſſet contentus. His alijsq́ꝫ iniurijs, et maximis ſceleribus pub. Antonij laceſsitus Cicero, forti & magno animo illius dementiæ & audaciæ ſe, & ſalutem ſuam obtulit pro ſtatu ac incolumitate ciuitatis, & pro cõmuni libertate: ſummaq́ꝫ firmitate ac magnitudine dictis in eũ libris & ſeueris ſententijs, & uehementiſsima contentione animi, ingenij, uiriũ, uerbisq́ꝫ ornatiſsimis & grauiſſimis habitis orationibus Philippicis, ex urbe illum exturbauit. qui erũpens cum ſceleris ſui ſocijs, extemplò impotenti animo, ulturus Senatum percuſſoribus Cæſaris fauentem, ſuamq́ꝫ & auctoritatem & dignitatem Ciceronis

Inuectiuæ Philippicæq́ꝫ Ciceronis in Antonium.

ronis opera eloquentiaq́ tantopere propugnantẽ ac defendentem, amens furijs'que agitatus, ut Martem ſpirare diceres, repentè currens ad legiones Brunduſium, copias quantas potuit, hoſtiliter contra Senatum, contra ciues, contra patriam attraxit, cum C. Octauius adoleſcentulus, ac penè puer, quem ex inuidia Antonius deprimere omnibus artibus uiribus'que conabatur, & ætate & iniuria, ac nominis patrij maieſtate, quod ex adoptione & hęreditate Cęſaris habebat, gratioſus & fauorabilis, diuini planè animi, ingenij, conſilij magnitudine, cùm ſua ſponte eximiaq́ uirtute, qua ætatem ſuperabat, tum approbatione auctoritatis Ciceronis, quem parẽtis ac tutoris loco colebat, earumq́ habebat, celerrimè colonias patris C. Cæſaris adijt, ueteranos milites ad arma conuocauit, & in unum conduxit: pau-

Anton. bellum indicẽs repellitur à Cæſare.

ſturbaturum eſſe. Quod quidem & facere iam animum induxerat: & facturus omnino erat, niſi interceſsionibus ac deprecationibus nonnullorum à propoſito eo fuiſſet deductus, ut pignore uadimonioq́ eſſet contentus. His alijsq́ iniurijs, et maximis ſceleribus pub. Antonij laceſsitus Cicero, forti & magno animo illius demẽtiæ & audaciæ ſe, & ſalutem ſuam obtulit pro ſtatu ac incolumitate ciuitatis, & pro cõmuni libertate: ſummaq́ firmitate ac magnitudine dictis in eũ libris & ſeueris ſententijs, & uehemẽtiſsima contentione animi, ingenij, uiriũ, uerbisq́ ornatiſsimis & grauiſſimis habitis orationibus Philippicis, ex urbe illum exturbauit. qui erũpens cum ſceleris ſui ſocijs, extemplò impotenti animo, ulturus Senatum percuſſoribus Cæſaris fauentem, ſuamq́ & auctoritatem & dignitatem Ciceronis

Inuectiuæ Philippicæq́; Ciceronis in Antonium.

ronis opera eloquentiaq́ꝫ tantopere propugnantẽ ac defendentem, amens furijs'que agitatus, ut Martem ſpirare diceres, repentè currens ad legiones Brunduſium, copias quantas potuit, hoſtiliter contra Senatum, contra ciues, contra patriam attraxit, cum C. Octauius adoleſcentulus, ac penè puer quem ex inuidia Antonius deprimere omnibus artibus uiribus'que conabatur, & ætate & iniuria, ac nominis patrij maieſtate, quod ex adoptione & hęreditate Cęſaris habebat, gratioſus & fauorabilis, diuini planè animi, ingenij, conſilij magnitudine, cùm ſua ſponte eximiaq́ꝫ uirtute, qua ætatem ſuperabat, tum approbatione auctoritatis Ciceronis, quem parẽtis ac tutoris loco colebat, carumq́ꝫ habebat, celerrimè colonias patris C. Cæſaris adijt, ueteranos milites ad arma conuocauit, & in unum conduxit: pau

Anton. bellum indicẽs repellitur à Cęſare.

ciſq; diebus præter omnium opinionem priuatus contra Conſulē, uerbo quidem Conſulem, ſed re non modò non Conſulem, ſed etiam hoſtem, firmiſsimum exercitum ſuo patrimonio comparauit, incitatosq; ac furibūdos Antonij impetus retardauit, & ipſum à ceruicibus ciuium ac perniciē reipub. auertit. Deinde cum idem ille ne fortuna quidem fractus, minueret audaciam, nec ruere demens, nec furere deſineret, atq; in Galliam mutilatum duceret exercitum, bellumq; nefarium inferret prouinciæ, circumſederet Mutinam, populi Ro. fidiſsimam et firmiſsimam coloniam, ibiq; oppngnaret D. Brutum Imperatorem Cos. deſignatum, expectans L. fratris ſui ſimilimi auxilium, atq; aduentum: tum demum Antonius, qui omnes hoſtes ſcelere ſuperauit, à Senatu, Ciceronis hortatu atque impulſu, multis

Antonius Mutinam obſidēs, uictus à Cæſare fugatur.

multis decretis hoſtis re ipſa eſt iudicatus. Atque ecce tum rurſum Cæſar cum duobus Coss. Hircio & Panſa coniunctis exercitibus profectus eſt, ad Brutum liberandum: uicitq́ dolorem aliquem domeſticum patriæ caritate, quæ ipſa coniuncta cum ſalute ciuitatis, plus apud eum potuit quàm uel memoria domeſtici doloris, uel inimicitiæ priuatæ ullę: quas quidē ille omnes reip. iā condonarat. Ita iterū à Cęſare ſociisq́ Coss. cruētiſsimo prętlio ad Mutinā Antonius uictus eſt, atque fugatus: amiſſoq́ exercitu, ſpoliatus ac inermis celerrimè ad M. Lepidum, qui tum militum inuictorum copias grandes paratasq́ habebat, confugit. Is omnibus precibus pollicitisq́ Antonii ueteris ſocii atq́ amici perſuaſus, uelut ignis nouus incēdio huic ſubito acceſsit: receptoq́ Antonio, ſcelere ſuo, bellum quod iam confectum

Ciuile bellū à M. Lepido reſuſcitatum.

ſectum putabatur, denuò renouauit, urbemq; in ſummam ſolicitudinem adduxit. Quapropter & ipſe à Rep. deficiens, ſententijs omnibus hoſtis à Senatu iudicatus eſt: maioriq; odio ciuitati ex eo Lepidus fuit, quàm unquam Antonius, propterea quòd hic ex turbulenta Repub. ille ex pace & uictoria bellum excitarit. Tres igitur trium exercituũ duces maximorũ tũ uno eodemq; tẽpore, in armis fuere, Cęſar, Lepidus et Antonius. Ac Lepidi quidem ſtudio, opera atq; auctoritate reſtituto in Cæſaris gratiam M. Antonio, pax tandem inter ipſos duces uelut ſocietate & fœdere nouo facto componitur, nullo bono more inito Triumuiratu. Ita opreſſa armis rep. Syllana redijt proſcriptio, cędes, & direptio. Antoniũ ultiones, de his qui ſe hoſtem iudicaſſent: Cęſarem inſtinctu Antonij, inulta mors patris, & mani-

Antonius reconciliatus Cæſari.

Triumuiratus.

manibus eius graues Caſsius & Brutus: Lepidum diuitiarũ immenſa cupido inflammabat. Cumq́ue rumor de aduentu Triumuirûm, déque futura proſcriptione ciuium, Senatorum equitumq́ue Romam percrebuiſſet, M. Cicero crudelitatẽ et immanitatẽ aduentantis formidans Antonij, ſtatim relicta urbe, unà cum Q. fratre cariſsimó primùm in Tuſculanum diuertit: ibiq́ue audita cædis, proſcriptionisq́ue atrocitate, quę nihil in ſe minus quàm CXL. Senatorum, & XXX. Equitum Ro. nomina in tabula publicè propoſita habebat, mox terrore ambo fratres perculſi, uiribusq́ue ex ingenti mœrore mœſtitiáque deficientes, in ſummo luctu ferendos ſe lecticis tradiderunt: atq́ue à Tuſculano confeſtim tranſuerſis itineribus in Formianum, indéque Caietam uerſus ad mare, ab Caieta nauim cõſcenſuri in Macedoniam *Cicero profugit Roma.*

niam

niam ad M.Brutum ſuum cogitabāt, quem recens fama uictorem tum nunciabat. Sed priuſquam ad mare uentū eſt, Q. fr. recordans nullum ſe commeatū, M. aūt Ciceronem fratrem, exiguum admodum ſecum accepiſſe, qui utriq; nequaquam ſufficere poſſet: tutius eſſe ratus, M. fratrem quantis maximis poſſet itineribus, celerrimè in uia propoſita pergere, ſe autem domū rurſus reuerti, et prius commeatu uiatico, rebusq; neceſſarijs inſtrui, deinde continuò fratrem ijſdem itineribus ſubſequi. Hoc conſilio cum M. fratre ita communicato, & utriuſq; cōſenſu firmato, alter alterū fraternè arctèq; complexi, nihil ęgrius factū eſt ſummo dolore utriuſq;, quàm ut tam graui tempore periculoq; tum diſiungerentur. Digreſſus itaq; Quintus, dum ex equi inſtitutum, req; confecta M. fratrem properè conſequi ſtuderet:

Q. fr. proditus occiditur.

ret:ecce,ꝓditus per familiares quoſdã ipſe cum filio unicè caro,ab inſidiatoribus graſſantibus in uia eſt occiſus, idq; M.Cicerone ignorante quidem, ſed quaſi pręſagiente tamen quodam modo,& uitę Quinti fratris ualde timente.Interea ad mare delatus Cicero,nauiq; aliquoties in altum prouectus, cum uentis reflantibus ſubinde reiectus eſſet: deinde iuxta Circæum uẽtos nactus,ipſe iactationem nauis, crebris uoluentibus fluctibus,& periculum maris perferre non poſſet,tædium tandem triſte eum & fugæ & uitę cępit:rurſusq; Romam cogitans ac regreſſus iam litore ad ſuperiorem uillam,pauloplus mille paſsibus diſſitam, Moriar, inquit,in patria ſæpe ſeruata. Interea Philologus quidam libertus Q. fratris itinerum Ciceronis conſcius, qui ſæpe antea eidem Ciceroni docenti differentiq; ſtudioſe

Cicero proditus.

&

& familiariter operam dederat, de-
prehenſus fortè à militib. M. Cicero
nem ubiq; perueſtigātib. et perſequē
tibus, locum eis ubi ille inueniri poſ-
ſet, iudicauit. Serui Ciceronis, qui ani
mo fideli in dominum erant, ſimulac
exploratores cum ſatellitibus appro-
pinquare ſibi cognorunt, fecerunt id
quod ſuos quiſq; ſeruos in tali re fa-
cere uoluiſſet: ocyusq; mutuis operis,
cohortationibus, precibus certantes,
& ſe inuicem inſtigantes, dominum
in lectica rurſus ad mare in nauim re
ferre accelerabant: ſed præuenti à
militibus, ijdem animo præſenti, &
fortiter fideliterq; ad dimicandum
parati erant. Tum Cicero certus iam
mortis, cum ſupremam illam uitę ſuę
horam adeſſe ſentiret, deponi lecticā,
& famulos quietos eſſe, & quod-
cunq; ſors iniqua cogeret, perpeti iuſ
ſit. Vix dictum ac factum, ecce cum
licto-

lictoribus adſunt percuſſores, Herennius Centurio, et Popilius ille ingratus, qui antea parricidij reus in iudicio capitis à Cicerone fuit defenſus, atq; ſeruatus. Quos ille miſerabilis et uenerandus ſenex, annum iam agens ſexageſimum quartum, intuitus primò intentiſsimè, mox iugulum poſcentibus è lectica cano capite reclinato prominens, ceruicem immotam eis prębuit. à qua cum caput abſcidiſſent, nec dum crudelitas eorum capite ſanguineq; Ciceronis ſatiari potuit, niſi etiam à reliquo corpore tracto atque lacerato, manus quibus ille aliquid in Antonũi ſcripſerat, eſſent amputatæ. Ita ſpiritu ac ſanguine ſimul cum diuina illa uoce profuſis, truncatum in urbem ad Antonium hoſtem implacabilem, relatum & in menſa eius poſitum tanti uiri caput manusq; fuere, quo ad ille ſpectaculo iſto animum

Percuſſores Ciceronis.

Annus ætatis 63. alioqui, ut climactericus omnibus, & præcipuè excellentibus uiris fatalis, ut Orpheo, Ariſtoteli, &c.

Cicero obtruncatur.

oculosq;

oculosq́ʒ expleuiſſet atque exatiaſſet ſuos. Autor Appian. lib. 4. de Bell. ciuilibus. Pro q̊ Popilio dediſſe ducẽta quinquaginta millia drachmarum dicitur. Tanti caput eloquentiæ ab inimico æſtimatum eſt. Ac ne quid omnino immanitatis & crudelitatis inexpertum in mortuis etiam membris Ciceronis relinqueretur, néue muliebris quoqʒ ſęuitiæ exemplum documentumq́ʒ deeſſet, ferunt Fuluiam, ſimilimam Autonij coniugem, cũ manibus caput cruentum teneret, primò acrius id inſpexiſſe: mox maledictis dirisq́ʒ omnibus execratam eſſe, deinde etiam in os faciemq́ʒ eius inſpuiſſe, gremioqʒ ſuo apposuiſſe: deniqʒ linguam quoqʒ illi è faucibus extraxiſſe, & acicula (qua tum fortè ad ornatum capitis utebatur) arrepta, in eam punctim ſæpius infixiſſe, donec tandem Antonij iuſſu rurſus ablatum, & in-
ter

ter præciſas manus ambas in ijs Ro-
ſtris, in quibus ille Remp. conſtantiſ-
ſimè Cos, ſemperq́ꝫ conſularis defen-
derat, poſitum caput illud fuit, à quo
erant multorum ciuium capita ſerua-
ta. Hic fuit clariſsimi & opt. uiri, pa- Peroratio.
triæq́ꝫ amantiſsimi, euentus: cui pro
uirtute animi, conſtantiaq́ꝫ, & ob a-
morem, uel potius pietatem ſuam in-
credibilē et ſingularem in Remp. pa-
triamq́ꝫ, ciuilis ferri ſubeunda fuit te-
terrima crudelitas, qua omnis barba-
ria ſuperata eſt. ô fallacem hominum
ſpem, fragilemq́ꝫ fortunam, & inanes
noſtras contētiones, curas, uigiliasq́ꝫ,
quibus in hoc tam exiguo uitæ cur-
riculo, & tam breui ita exercemur,
angimurq́ꝫ, ut, cum uſq́ꝫ ad ultimum
uitæ ſpacium, nullum penè tranquil-
lum atque ocioſum ſpiritum duxeri-
mus, totiesq́ꝫ de uita ipſa dimicaueri-
mus; ad extremum tādem antè in ipſo

curſu frangamur, & obruamur, quàm portum contingere ualeamus. Nam quem Antonio expulſo Cicero Senatui populoq; Ro. ſummopere cõmendauit, quemque uindicem ac propugnatorem communis libertatis omnium optimum, talemq; qualem maximè uellent & optarent, ſemper fore, Reipublicę uas factus, ipſe promiſit atque ſpopondit: is opibus & auctoritate potens, imperioq; armatus, fugatum antea ab ſe hoſtem Antonium, deinde paulopòſt rurſus accerſiuit, Lepidoq; ſocio & adiutore ſibi adiuncto, Senatum ipſum urbemq; cum reuiuiſcente populi Ro. libertate, iterũ profligauit. Atq; ita omnem opinionem ac ſpem de ſe conceptam, confirmatamq; feſellit, omniaq; cõſilia Ciceronis cum ipſa Repub. oppreſſa peruertit. ipſum deniq; quaſi parentem ſuum, et tutorem fidelem, Ciceronem,

nem, hoſtili furori Antonij proſcribendum, perſequendum, iugulandumq́ue conceſsit. Fuit hoc luctuoſum ſuis, acerbum patriæ, graue bonis omnibus. Itaque ille quidem indigna nece perpeſſa, ineuitabilem uim fati uincere non potuit. Sed illud tamen bene adhuc cecidit, quòd huius tanti, tamq́ue præſtantis & excellentis uiri, ſummi labores, pro ſalute urbis, atque imperij, & pro incolumitate ciuium, próque dignitate uniuerſæ Reip. Ro. exanclati, uitaq́ue pro defenſa patriæ libertate profuſa, immortali ac ſempiterna gloria compenſantur. Nullam enim diuina uirtus illa mercedem aliam, tot, tantorum, támque præcipitum laborum periculorumq́ue deſiderabat, præter hanc laudis & gloriæ: quæ ita illum eſt conſecuta illuſtris atque perennis, ut commemorationem celebritatemq́ue eius cũ omni om

nium ſeculorũ poſteritate adæquarit: nullaq́ iam uis fati unq́, ulla temporũ longinquitas, nulla fortunæ eã erептura iniuria, nulla deniq́ ei finẽ allatura æternitas ipſa uideatur. Antonij uero nefarium ſcelus, indomitam libidinẽ, audaciã q́ immanem, nõ ſolũ lingua uoceq́ dũ uixit Cicero abundè, & hac ſimul cum capite à corpore præciſa, extremo illo ſpiritu ipſo, in morte quoad potuit, libertas eius refutauit: ſed poſt obitum etiam ingenij literarumq́ monumentis ſempiternis, etiamnum, hodieq́ grauiſsimè, ueriſsimè, locupletiſsimeq́ refutat, & in omne tempus perpetuò refutabit.

SEVE-

SEVERI CORN. IN CAEdem Ciceronis poetæ ueteris Carmen.

Oraq́; magnanimûm ſpirantia penè uirorum
In Roſtris iacuere ſuis. Sed enim abſtulit omnis
Tanquam ſola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Conſulis acta,
Iurataq́; manus, deprenſaq́; fœdera noxæ,
Patriciumq́; nefas. eſt nunc & pœna Cethegi,
Deiectusq́; redit uotis Catilina nefandis.
Quid fauor, aut cœtus, pleni quid honoribus anni,
Profuerit ſacris exacta quid artibus ætas?
Abſtulit una dies æui decus, ictaq́; luctu
Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ,
Vnica ſollicitis quondam tutela, ſalusq́;,
Egregium ſemper patriæ caput. ille ſenatus
Vindex, ille fori, legumq́;, ritusq́; togæq́;
Publica uox eius æternùm obmutuit armis
Informes uultus, ſparſamq́; cruore nefando
Caniciem, ſacrasq́; manus, operumq́; miniſtras
Tantorum, pedibus cuius proiecta ſuperbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata deosq́;
Reſpexit: nullo luet hæc Antonius æuo.
Hoc neque in Aemathio mitis uictoria Perſe,
Nec te dire Siphax, non fecit in hoſte Philippo,
Inq́; triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Affuerat: noſtræq́; cadens ferus Annibal iræ,
Membra tamen Stygias tulit inuiolata ſub umbras.

FINIS.

ORATIO
DE IMITATIONE Ciceroniana:

CHRISTOPHORO PREYS
Pannonio autore.

MAGNIFICO ET GE-
NEROSO DOMINO, DOMINO AN-
dreæ à Coſczieliecz Palatino Loncicienſi, & Capitaneo Betgoſticũ. &c. Chriſtophorus Preyß Pannonius S. D.

DVplex omnino eſt uis homini à natura diuinitùs tributa, magna cum excellentia præſtantiaq́ animantiũ reliquorum. Vna pars eſt poſita in ratiõe, altera in oratiõe: quarũ illa quidẽ, & animal ipſum maximè perficit, & mente duce cœlitib. in primis eũ ſimilẽ reddit, docetq́ & explanat nõ ſolũ quid faciendum fugiẽdum'ue ſit: uerùm etiã quid ſit ordo, quid ſit τὸ πρέπον, quod dici Latinè decorũ ſolet. Vtraq́ uerò re, tum ratione, tum oratione, homines uel maximè diſtant à feris, quæ ratiõis & orationis ſunt expertes: nec illis modò prǽſtant ſumma cum dignitate, ſed ijſdem etiã dotib. naturæ, homines ipſi inter ſe alij alijs maxima cum laude antecellunt. Vt enim quiſque maximè perſpicit, quid in re quaq́ ueriſſimũ ſit: quiq́ acutiſsimè & celerrimè poteſt & cõſequẽtia cernere, & cauſas rerũ, earũq́ progreſſus, & quaſi anteceſsiones inueſtigare, is prudẽtiſsimus ac ſapiẽtiſ-

ſimus rectè perhiberi ſolet:rurſumq́ꝫ, ut quiſq́ꝫ dicẽdo ſenſa mentis optimè exprimere, omniaq́ꝫ quęcũq́ꝫ in hominũ diſceptationẽ cadere ſolẽt, ſcientiſsimè & peritiſsimè & ornatiſsimè explicare poteſt, is iure ſuo inter cæteros diſertiſsimus & eloquẽtiſsimus ritè haberi cõſueuit. Itaq́ꝫ ratione quidẽ ipſa duce atq́ꝫ magiſtra, homines ſeq́ꝫ ſuaq́ꝫ & metiuntur & gubernant omnia:ſermone aũt, qui mẽtis eſt interpres, rationisq́ꝫ ipſius inſtrumentum quaſi quoddã, omnia quæ mẽte cõcepta, ratiocinandoq́ꝫ agitata ſunt, expromunt, atq́ꝫ afferunt in mediũ, tũ colloquendo, tũ docẽdo, tũ diſcẽdo, tũ cõmunicãdo inter ſe. Ita fit, ut ratio & oratio cõciliet inter ſe homines, cõiũgatq́ꝫ & deuinciat naturali quadã ſocietate:cuius utraq́ꝫ uinculũ eſt præcipuũ. Et quoniã magna uis orationis eſt, grauibus uerbis ſentẽtijsq́ꝫ ornatæ: huiusq́ꝫ fons, unde fluit, eſt ratio ipſa, ſapiẽtiaq́ꝫ:oportebit eos qui uerę eloquentię erũt ſtudioſi, in primis omniũ rerũ magnarũ atq́ꝫ artiũ ſciẽtiã cõſequi. Ex rerũ enim cognitiõe, omnis efflorescat & redũdet oportet oratio:cui niſi ſubſit res, atq́ꝫ ſentẽtia, inanis quidã erit ſine mẽte ſonus, inanis elocutio, & penè puerilis. Cęterũ cũ hominũ uita ſecũdũ Deũ opt.

max.

max. nõ tantũ in ſtudijs ſciẽtię cognitionisq; uerſet, ſed multo magis in reb. gerẽdis, inq; actione uirtutis cõſiſtat, (nã neq; cõſultationes, neq; cõſilia, nec deniq; ratiocinationes ipſę diſertis diſputationib. neq; diſertæ diſputationes uerbis elocutioneq; ullo modo carere poſſunt) ſatis etiã uel ex hoc uno intelligitur, & rationẽ ipſam abſq; oratione, per ſe mancã quodammodo eſſe, & perquàm imbecillam.

Vnde cõſtat ac apparet, neq; infantiã eius qui rẽ perceperit, & cognorit, ſed eã explicare dicẽdo nõ poſsit: neq; ignorantiã illius quẽ res deſtituit, uerba nõ deficiant, eſſe cõprobandã. Quis eñ homo politicus, & communis utilitatis ſtudioſus, uel infantẽ ſcientiã, uel inſcientiã garrulã laudarit? Quapropter qui omnib. quidẽ in reb. rerũ cognitionẽ cũ orationis exercitatione coniunget, quiq; & ratione & oratione uteẽ prudẽter et cõſideratè: is iure, meritoq; laudabiẽ, hũcq; ueteres Gręci uno nomine ſapientẽ appellabãt: neq; cogitãdi, pronunciãdiq; rationẽ ac uim, aut copiã rerũ, orationisq; ſeparabãt, ſed utrãq; pari ſtudio diligẽtiaq; expetebãt, ſummãq; & pectoris & oris, mentisq; ac linguæ cõiunctionẽ, concordiãq; eſſe oportere ſtatuebãt. Quoq; maior rariorq;

eſt hæc uis atq; facultas, hoc etiã magis probitate, ſummaq; uirtute & prudentia iungendã exiſtimabãt. Hinc uetus illa doctrina eadẽ fuiſſe uidetur, & rectè faciẽdi, & bene dicẽdi magiſtra, eadẽq; ſapientia: & ijdem uiuẽdi atq; dicẽdi præceptores, ut ille apud Homerũ Phœnix: q ſe à Peleo patre Achilli iuueni comitẽ eſſe adiunctũ ait, ad bellũ, ut illũ efficeret oratorẽ uerborũ, actoremq; rerũ. Quemadmodũ & Ariſtotelẽ ſapientiſsimus rex Philippus, Alexãdro filio ſuo magiſtrũ acciuit, à quo eodẽ ille & agẽdi acciperet præcepta, & eloquẽdi. Sed nec, quãtumuis fideli inſtitutione doctrinaq; nobiliſſimi iuuenes illi, quos diximus, ſatis proficere potuiſſent: niſi ijdem ad illuſtria exempla aliorũ ſtudiũ atq; imitationẽ intẽdiſſent: atq; ita tũ facere tũ dicere conſueuiſſent, ut tota mẽte, omniq; animo eos, quorũ ſimiles eſſe cupiebãt, intuerentur.

Quod nõ fugit prudentiſsimũ regẽ Euandrũ, qui & ipſe filiũ Pallãta comitem daturus Aeneæ ad bellũ, ſic illũ cõpellat:

Ingredere ô Teucrûm atq; Italûm fortiſsime ductor.
Hunc tibi præterea, ſpes & ſolatia noſtri,
Pallanta adiungam: ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Porrò

Porrò ſicut nec faciendi, ita nec dicēdi ſapiētia (quamuis artis præcepta percepta ſint) ſine uſu & exercitatione, ſineq́ꝫ diligēti imitatiōe cōparari poteſt. Nec dubiū quidē eſt, quemadmodū aliarū rerum artifices, ita & eloquētes (ſi natura nō repugnet) fieri imitādo. Si qui uerò ſunt, qui exiſtimāt, imitationē cū in alijs artib. maximā uim habeat, in una eloquētia inutilē eſſe: horum error nō modò grauiſsimis doctiſsimorū hominum teſtimonijs, ſed omnino cōmuni etiā ſenſu refutat: & profectò, nullā dicere maximarū harū rerū imitationē eſſe, cū minimarum ſine imitatione nulla ſit, hominū eſt (ne quid dicam grauius) parū cōſideratè loquentiū.

Cū aūt de imitatione inter doctos quędā ſint diſſenſiōes, diſceptationesq́ꝫ perplexæ, totaq́ꝫ res uarijs ſit cōtrouerſijs implicatà: conati ſumus, rogatu auditorum quorundā noſtrorū, latinæ eloquētiæ ſtudioſorū, pręcipuas ea de re quęſtiones, quoad quidē potuimus, oratione cōſcripta, habitaq́ꝫ publicè, explicare. Quam quidē cū iuuenes ſtudioſi cōplures à nobis ſæpius flagitarēt, eiusq́ꝫ ut omnib. copiā facerē, me nō deſiſterēt cohortari: nō potui eis de edēdo illo qualicūq́ꝫ ſcripto noſtro, diutius negare. Tibi uerò id quic

quid

quid libelli eſt, potiſsimùm uolui mitte-
re, ac dicare. Nam cum olim tibi, fratriq́;
tuo, in docendo, ſtudium operamq́; me-
am nauarim, uosq́; ſæpenumero priua-
tim ad imitandi ſtudium, & maximè ad
Ciceronianā elocutionem imitandā ex-
citarim: uix particulam quandam uobis,
huius de Imitatione diſputationis, tum
commemoraui. Itaq; nunc tandem reli-
qua quoq; capita, tibi abſenti, tecũq; &
per te, cæteris etiam quibuſcunq; huius
elegantis doctrinę ſtudioſis, libuit hac e-
ditione communicare. Cumq́; uitam
Ciceronis fratri tuo nunc publicè nuncu
parem: uolui ſimul hoc opuſculum de I-
mitatione Ciceronis, uelut illi argumẽto
cognatum, in tuo nomine apparere: ut
non minus in te, quàm in fratrem tuum,
ſummam beneuolentiam, memoriamq́;
ueſtri meam, omnibus per hanc editio-
nem facerem relinqueremq́; publicè te-
ſtatam. Quæ quidem memoris in uos a-
nimi mei monimenta qualiacunq;, ut bo
nam in partem accipiatis, & æqui boni
faciatis, uos ambos etiam atq; etiã rogo.
Valetudinem tuam cura diligenter. Dat.
Francfordiæ ad Viadrũ, Menſe Nouem-
bri, Anno à Chriſto nato
M. D. LIIII.

ORATIO CHRISTOPHORI PREISS PANNONIJ de Imitatione Ciceroniana.

ETſi uereor, auditores humaniſſimi, ne loci huius auctoritas atque amplitudo, perfectius ac elaboratius quiddam, quàm uel ab ingenio, uel ab induſtria mea proficiſci poſſit, requirere uideatur: tamen cum dicendi partes ex ordine iam mihi ſint datæ, mihiq; & ſeruandi ordinis lex atque neceſsitas, & hominum eorum qui apud me & beneficijs & dignitate plurimum poſſunt, auctoritas atq; uoluntas omnem eripuerint libertatem recuſandi: ſpero uos (quæ ueſtra eſt humanitas) daturos mihi eſſe ueniam, ſi, dum uolũtati ueſtrę in ſuſcepto hoc non mediocri munere conficiendo, obſequi, pro quantulacunq;

ſimosq́ ſucceſſus eorũ poſſum: idem perficere, quod pulcherrimum eſſet, ꝑpter ingenij mei, & orationis latinę paupertatem, uiriumq́ mearum conſciam imbecillitatẽ, (ingenuè fateor) non poſſum.

Habita itaque & naturæ & perſonæ & ſortis qualis qualis meæ ratione, cum omnino proferre in medium aliquid me intelligam oportere: delegi mihi, in quo uires meas periclitarer, eiuſmodi argumentum dicendi, quod totum poſitum eſt in flagranti quodam ardore amoris, quodq́ cõplectitur ſtudium acerrimum, diſciplinam optimam, exercitationem aſſiduam, diligentiam ſummam, curam ſingularem, mentem ſobriam, conſtantiam perſeuerantem.

Dicturus enim ſum de ſtudiorum noſtrorum parte præcipua, longeq́ utiliſſima, hoc eſt, definitione, quæ

quidē id quod in arte dicendi præce‑
ptisq; habet,ſtabilit atq; cōfirmat: &
quod deeſt, implet, ac ſuppeditat: &
totam deniq; eam rationem,ſtudium,
ſcientiam,excolit, perficit, atq; abſol‑
uit. Qua quidem de re,in hac corona
doctiſsimorū uirorum,& in hoc con‑
ſeſſu optimorum adoleſcentum antè,
quod ſciam, dixit nemo. Omnes e‑
nim qui ante me huius autoritatē loci
contigerunt, imitandi quidem ſtudi‑
um neceſſarium, & omnibus ſuſcipi‑
endum iudicauerūt: explicare autem
(cum tanta ſit inter doctiſsimos ho‑
mines hac de re opinionum atq; ſen‑
tentiarū diuerſitas) quis 'nam potiſ‑
ſimum ſit imitandus,quemq; ipſi ma‑
ximè probent,(q̊d in huius tractatio‑
ne argumēti fieri neceſſe eſt)certo con
ſilio fortaſſe & ſcientes prudentesq;
noluerunt. Credo quòd non erant ne‑
ſcij,ſi quæ eloquentiſsimorum exqui‑
ſitaq;

ſitaq; ductrina præſtantiſsimorũ hominũ literis monumentisq́;, tam ſubtiliter, tam ſapienter, grauiterq́; ſunt diſputata, ea ipſi oratione ſua publicè tractauiſſent, futurũ fuiſſe, ut conatus ille laborq́; ipſorum in uarias incurreret reprehenſiones. Hęc enim quęſtio & ſuperiore, & hac noſtra ætate à præclariſsimis eruditiſsimorum hominum ingenijs in controuerſiam & diſceptationẽ uocata, ita omnes laudatiſsimas Italię, Gallię, Germanię, ſcholas, ludos, gymnaſia peragrauit, exercuit, defatigauit, ut hodie adhuc nihil ſit, huius diſceptatione, iudicatione, explicatione difficilius, nil perplexius, nihil inuidioſius. Quid ergo? quæ me igitur cauſa præter cæteros impulit, ut hanc diſputationem oratione repetendam enucleandam'que ſuſciperem? quę ingenium ſummum, uſum maximum, iudicium exactũ re-

quirere uideat. Ego'ne hanc ad rem maximè uiſus idoneus, unus ex omnibus? num ſolus cõfidentiſsimus? Minimè. Ego enim & libenter agnoſco, ac planè fateor, quod & agnoſcere & fateri equidem debeo, ingeniũ in me eſſe admodum exiguum, uſum permediocrem: iudicium autem ita tenue, ut ſine uerecundia & timiditate, tanta de re pronũciare non poſsim: ſed me quidem aggredi diu cunctantem, & quaſi uerecundantẽ, ratio ipſa in hanc ſententiam perduxit, ut exiſtimem, ſi quid præclarè fit ab alijs, qui artis & ingenij gloria antecellunt, id etiam ab ineruditioribus aliquo modo ſine arrogantia poſſe obſeruari.

Ac tametſi quidem in faciendo plurimum ſanè inter peritum & imperitum intereſt, in iudicãdo tamen haud obſcura quædam eſt ſimilitudo. Cæterùm eſt etiam differentia nonnulla.

&

& qui natura prȩditus eſt non illiberali, & cõmodorum publicorum amante, in rebus maioribus & difficilioribus, ſi quid poteſt, qualecũq; tandem id ſit, ſi commoditatem & uſum habet, in apertũ lucemq́; proferre debet, ut & communem fructum, & neceſsitates humanas, cùm iuuare uoluiſſe, tum quoad eius quidem facere potuit, iuuiſſe uideatur.

Quod cum ita putarem, ſtatui in re licet graui, & in uulgus minimè plauſibili, cognitione tamen utili magnopere & ualde neceſſaria, eiuſmodi uoluntatē declarare: & ſumpta ad dicendum de imitatione materia, cum ea res tam uariè à maximis hominibus in controuerſiam deducta, uarias quoque & magnas opinionum ſententiarũq; pepererit diſſenſiones, duxi me operȩprecium & diſcendi cupidȩ iuuentuti gratum facturum, ſi, quæ hac

de re inter illos ſint controuerſiæ, quas ex pluribus & diuerſis eorum ſcriptis notaui atq; collegi, eas quàm poſſem paucis commemorarem, omnibusq; dijudicandas proponerem, non diſsimulato etiam noſtro, quorũ maximè ſẽtẽtiã ſequimur, ſuffragio.

Etſi enim tantam & tam uariam, tot ac tantorum hominum dirimere diſceptationem, non cuiuſuis hominis eſſe, profectò intelligam, præſertim cum & ratio & auctoritas (quæ duo ſunt ad ueritatem inueſtigandam grauiſsima) in hac contentione à diuerſis partibus contra ſe inuicem, æquè propemodum ſtare uideantur: tamen idem ego ſic ſentio, nec uos in hoc mecum pugnare exiſtimo, ſemper ſolutum liberumq; fuiſſe, & fore etiã poſt hac cuiq;, in re dubia et ancipiti id maximè amplecti ac tenere, quodcunq; quàm maximè probabile & ſimili-

mum

mum ueri uideatur; Itaq; licet & nobis, ſaltem modicè, hoc facere, aut etiã intra modũ, quod quidem omnibus & ſemper liberè licuit; propoſitisq; uarijs doctiſsimorum & clariſsimorum uirorũ de Imitatione ſententijs, noſtrũ quoq; de ijs iudicium (ſi quid modò nos iudicij habemus) interponamus: & in quam nos potiſsimum, & quo conſilio, nobis diſcedendum putauerimus, hoc loco explicemus: ut ſi aliqua ex parte eloquẽtię, literarũq; politiorum ſtudioſis commodare ratio noſtra nonnihil poſsit, eam quidẽ ipſos celare, nos, pro noſtro erga eos officio, intelligant minimè uoluiſſe.

Porrò ut rectè intelligatur, cuiuſmodi de Imitatione hic potiſsimũ dicere inſtituamus, & quarum partium artis, in ſcriptis aliorum ſimilitudinem præcipuè exprimendam ſumere ſoleamus, quoniam in hoc, non uulgò

tantum errari, ſed ne inter doctos quidem conuenire uidemus. Statuimus igitur ex auctoritate, ex uerbis, & de ſententia Ciceronis, Imitationem eſſe, qua impellimur, cum diligenti ratione, ut aliquorum ſimiles in dicendo eſſe uelimus. Ac duarum quidē maximè rerum de Imitatione, hoc loco agemus, ſtyli uidelicet, & eius formæ qui χαρακτὴρ grecè uocatur. Et ſtyli quidē appellatione, totam ſcriptionis alicuius faciem, ſtructuram, atq; compoſitionem: characteris uocabulo, figuram & genus ipſius orationis, ſignificamus. Nam rerum etiam atque argumenti exprimēdi ſolicitudinem, idemq; per omnia & ſentiendi & affirmandi & defendendi neceſsitatem imponere ei, qui alieni ſtyli, & ſcribendi formæ ſimilitudinem expetit, rectè quidam (meo quidem iudicio) non putant oportere. Quod quidem

in tanta temporum, rerumq́ omni-
um mutatione, & religionum, legum,
morum, inſtitutorum, denique animo
rum & naturarum diuerſitate, nec ſie
ri poteſt, nec omnino debet. Quam-
obrem, ut nunc quidem eſt, finē Imita
tioni hunc ſtatuamus, ut quacũq́ de
re atq́ materia ſcribendum erit, ſimi-
litudinē eius quem imitabimur ſtyli,
in ſcripta noſtra aptè transferre, & ad
res quaſlibet appoſitè accommodare
poſsimus. Quam ipſam facultatē pro
fectò ita præclaram & arduam iudi-
camus, ut nihil maius, pulchriusq́, in
latinitate, non dicam præſtari, ſed ne
ſperari quidem, his moribus, his ſtu-
dijs, atque temporibus noſtris à quo-
quam poſsit.

Ex his cõſtat, opinor, qua de Imita
tione in præſentia nobis dicendũ ſit.
Illud quoq́ uos obiter præmonitos
uolo, nulla nos his pręcepta poſituros
(neq́

(neq; enim id ſuſcepimus) ſed ita potius acturos eſſe, ut æſtimatores hac de re uideamur loqui, non magiſtri, aut doctores.

Nunc igitur ne nimium longa ſumatur oratio, ad rem ipſam propius iam accedamus: & quæ in ea diſputatione quæ eſt de Imitatione præcipuè quæri ſoleant, ea, ſi ita placet, uideamus, & ordine deinceps latius explicemus.

Queritur ergo primùm, ſit ne omnino in ſtudio imitandi elaborandũ? Quibuſdam enim non uidetur. Deinde, ſi ſit imitandũ, qui nam potiſsimum? &, ſint ne omnes boni ex equo imitandi? an potius delecti ex omnibus optimi ac eminentiſs. quiq;? Deinde, ſi optimi, & omnium facilè principes illi, plures ne, an uerò ex pluribus ſelectus unus, & ſolus, qui ante cæteros omnes longè optimus, longeq;

geq; præſtantiſsimus & ſit, & habea tur? tũ, ſi unus, & eiuſmodi, quis nam ille unicus? num Cicero? Nam & de Latinis, & ijs tantũ qui ſoluta oratione utplurimum ſunt uſi, nũc quidem quærimus. Deniq; ſi unus, & ſolus Cicero, an omnibus illius Imitatio idonea & opportuna? Si omnibus, an cæteri non æquè boni atque excellentes, negligendi omnes? Hæc ferè in huius controuerſiæ expoſitione erunt conſideranda, atq; perpẽdenda. Quę ubi declarauero, poſteà perorabo. Nã quæ contra hæc ſtare rationes uidentur, quęq; communiter afferuntur, ad eas quidem, qui attentè nos audiuerit, magna ex parte his quæſtionibus expoſitis, animaduertent à nobis eſſe reſponſum.

Cætera uerò quæ ab aduerſarijs, & maleuolis uel eleuandi, uel calumniãdi infamãdiq; optimi ſtudij cauſa,

paſsim

paſsim dicuntur, & ſcripta circumfe-runtur, ea, Deo uolente, ſeorſim aliàs, peculiari uel diſputatione, uel defen-ſione, ſi poterimus, uel potius quantũ poterimus, colligemus, ac diluemus. Quare ad ea quæ propoſita ſunt iam redeamus.

Diximus autem, primam illam eſſe quæſtionem, Sit ne imitandũ: de qua diuerſę auctorum ſunt ſententię. Qui buſdam enim, & ijs quidem non leui-ter eruditis, totum hoc diſplicet imi-tari: uituperantq́ uniuerſos quicũq; id faciant, & quoquo modo: laudant neminem. Quidam autem id non to-tum damnant, ſi moderatius & lenius agatur: cæterùm magnopere in eo ſi-bi enitendum, contendendum, atque elaborandum non putant.

Alteros illos, cur totum hoc ſtudi-um damnent, has reddere conſilij ſui rationes obſeruo. Quia omnes, qui-

cunque

cunque aliqua in re auctores laudatiſsimi extiterũt,aliunde quàm ex Imitatione gloriam,quæ res præclarè geſtas,tanquam umbra corpus,comitatur,ſibi ipſis parauiſſe conſpiciantur. Et quia Imitatores, tanquam proprio nomine indigni, ut qui nihil aliud, quàm Imitatores nullo titulo ornari ſoleant alio, quàm quem eis illa ipſa quam profitentur ac pręſe ferunt,pepererit Imitatio. Ad hæc, ſi qua eſt Imitationis laus,eius præcipuam partem quaſi ſuo iure ſibi uendicet is, ad cuius exemplũ ſimilitudo eſt expreſſa; & quicquid feliciter fictum repræſentatumq́ eſt, id penè omne ducat ſuum. Contrà, qui neminem imitantur, omniaq́ ex ſeſe inueniunt, promuntq́,ſi quid pręclarè faciunt,ipſorum propria ſit laus,eiusq́ glorię ſocium habeãt neminem,totum id,quantumcũq́ eſt, quod præſtiterunt,totũ,

inquam,

inquam,ſit ipſorum,nihil ipſis ex illa laude,Imitatio, nihil exemplum,nihil imitationis dux decerpat. Etiã illud adiungũt,ſuũ cuiq; et naturalẽ quaſi ſtatũ tuendũ, retinendũq; eſſe:non affectanda aliena:ſuiq; ſimilẽ potius,q̃ aliorum, unumquemque eſſe debere.

Alteri uerò qui etiamſi Imitationẽ non prorſus improbent, & tamẽ tanto ſtudio, tantaq; contentione & ſuſcipiendã & colendam non putent, ij hac ferè ratione niti duciq; mihi uidẽtur:Quòd genus hoc imitandi etſi ſit laudabile perſonæ,tamen & dignitatis eſſe negent,unde,ut uideo,æmulatio ipſis magis arridet, qua priores fiamus,quàm imitatio, qua aſſeclę maneamus, & ſemper ueſtigijs alienis inſiſtamus:in quibus cum ſolicitè pedẽ ponere tantum ſtudeamus, fieri non poſſe,ut unq̃ bene currere ualeamus. Deniq; Imitationem ſolam per ſe non

ſuffi-

ſufficere,eiuſmodi aſſerũt argumẽto. Quia nihil fuiſſet inuentum, uel auctum, ſed nullam artem ſtetiſſe intra initium, neq; tamen eſſe peruentũ ad finem eloquentiæ. Quare ueterum laborib. cõtentos nos eſſe nõ oportere:

Multa præterea ab utriſq; contra Imitationem multis in locis dicuntur: quę ſingula coaceruare,non eſt huius inſtituti:& hæc quæ breuiter iam recenſui,meo iuditio,potiſsima ſunt.

Nos autem, quibus aliud propoſitum,alia ratio eſt, cum uenia, ab utriſque illis hac in parte, quod nos facere planè oportet, multum diſſentimus: multoq; magis nos decere exiſtimamus, ut rectiſsimum ſtudiũ hoc,quod diligentiam ſummã, maximam curã, perpetuam exercitationem et conſtantiam ſingularem poſtulat, iuuentuti ſtudioſæ commendemus,quàm ut inertiæ atque deſidiæ quibuſdam quaſi

ſatellitibus impugnemus. Nec cuiuſquam confirmandam alendamq́; cenſemus ignauiam, ſtabiliendam prauitatem, debilitandam ſpem, reprimendum ſtudium, coercendam induſtriã, frãgendum conatum. Nam ad ocium, ad delicias, ad uoluptates, & uitę ſuauitatem, uel nemine impellente, ultrò pleriq; omnes quodammodo natura feruntur: laborem, moleſtias, tædia, pericula q́; fugiunt & auerſantur. Neq; uerendum quidem eſt aut metuendũ, ne laudationibus, adhortationibusq́; noſtris, ita multos huc alliciamus atq; abducamus, ut cęterę ꝓfeſsiones ac diſciplinæ doctoribus diſcipulisq́; deſtituantur. Quotus enim quiſq; eſt, qui per immenſum illud infinitumq́; omnium doctrinarum genus hanc ſectam rationemq́; ſtudij, tot ac tantis difficultatib. miſerijsq́; plenam, ſequi magnopere uelit? ac non potius in illa facul-

la facultate eruditionis comparatę, & intelligentiæ propriæ & perſuaſione ſcientię ſuę, acquieſcere malit? Quid? quòd multi minimè ignaui quidem illi, nec ab hac animaduerſione, qua de agimus, abhorrentes, ſed ambitione quadam occupati, & dignitatis atq; honorum uel conſequendorũ uel retinendorum, nimium fortaſſe cupidi ita uel naturę, uel ętatis, uel temporis, uel fortunæ, uel totius uitæ ſuæ rationem inſtituendam habendamq́; putant, ut ipſos quidem rurſus repueraſcere, & denuò ad pueritiæ diſciplinam, & quaſi in ludum quendam diſcendi redire pudeat, pigeatq́;. Quorum equidem uel uoluntatem, quòd honeſtis & bonis aliorum conatibus fauent (licet ipſi tale nihil tentare, nec attingere poſſent) certè probandam puto. Illos uerò qui leui deſperatione fracti, quod nihil laude magnopere

dignum in hoc genere ſtudij ſe conſe-
qui poſſe confiderent, tamē hanc totā
rationem iudicio damnare,aliosq́ ab
ea conſultò dehortari uideri uolue-
runt:eos,inquam, laudare ego quidē
nec poſsim,ſi uelim:nec uelim,ſi poſ-
ſim. Et quoniam eorum ipſorum au-
ctoritate & patrocinio ſolùm nixos
fretosq́ alios nonnullos, ſine certa
ratione ulla rem ſibi incognitam, aut
non ſatis intellectam,ſiue imprudenter, ſiue iudicandi quadam licentia,
temerè improbare,uideo non uereri:
mouet me profectò ipſa talium iudi-
ciorū uel iniquitas,uel peruerſitas,uel
uerius utrumq́, eoq́ animus inclinat
(quanquam non aliquo ſtudio con-
tradicendi in hanc diſputationem de-
ſcendi)ut contra illos,& ratione & iu
dicio clariſsimorum & eloquentiſsi-
morum uirorum ſtādum, dicendūq́
facilè putem : idq́ ipſum declararem
&

& accuratius & plenius, ſi breuitas inſtituta, & hæc anguſtia temporis pateretur. Nunc ad ea tantum quæ ſuprà à nobis poſita ſunt, quæq; contra nos faciunt in hac quæſtione, reſpondeamus: ut omni dubitatione ſublata, ad eam orationem facilius uenire poſſimus, quæ eſt propria noſtræ diſputationis.

Ac primùm illorum ſententiam, qui negant imitandum eſſe, excutiamus: & ut penitius ea quaſi introſpiciatur, repeto quædam paulo altius: quæroq; ab eis, exiſtiment'ne præclaram quandam rem eſſe, animi intelligentia ac prudentia excellere? & homini paulo erectiori expetendam? Quod ſi nobis largiuntur, & hoc concedant oportet, diligentiam & ſtudiũ, q̃d in accurratè et ſapienter cogitando ponitur, nõ eſſe improbandum. Porrò cũ ſermo ſit animi qua-

ſi interpres, eiusq́ ſenſa proferat ac exponat, nec oris atq; cordis debeat eſſe diſsidium, omniq́ in re & ratione uti prudenter, & oratione conſiderate, ſapientem deceat, dubium ne amplius ſit, ut recte ſentiendi & ſapienter cogitandi, ſic & bene atq; ornate dicendi curam atq; ſtudiũ omni laude eſſe proſequendum? Quæ cum ita ſint, ne illud quidem poterit negari, quin ijs qui laudem atq; famam harũ pulcherrimarum & maximarum rerum expetunt, ratione quadam & uia certa, ad perfectionem aliquam ſit contendendum. Hæc autem præter Imitationem nulla eſſe alia poteſt, ſine qua, ſicut neq; aliarũ quarumcunq; rerum artifices, ita nec oratores fieri poſſunt.

Quamuis enim quis naturæ bonitate quadam fortaſſe ſpecioſam atq; eximiam animo rem excogitarit, quã
uis

uis bonam ſententiam mente concepe rit,et informarit,eloqui tũ bene & il- luſtrare niſi exercitatus,poterit nemo. Exercitationem autem ſine certa uia & ratione,ſineq́ exemplo,et imitandi cura ſuſceptam, quis probet? Quare ſi quis eloquentiam quidem humana- rum rerum præclariſsimam eſſe fatea- tur,eius autem adipiſcendæ ſtudium, curam, conatum, ut rem uitioſam,fri- uolam, inanem reprehendat,illum e- go quidem quid iudicij habere di- cam,non intelligo.

Quòd autem celeberrimos quoſq; auctores,aliũde quàm ex Imitatione, perpetuam nominis famam ſibi ipſis peperiſſe aiunt,id quidem difficile eſt negare. Sed tamen eſt certum, quid reſpondeam. Ac multos quidem ho- mines excellenti ingenio & doctrina fuiſſe,& ſine Imitatione,ingenij ipſius ui atq; præſtantia propè diuina per

ſe ipſos & magnos & admirabiles extitiſſe, equidem fateor. Quin illud etiam facile conceſſerim, ſępius ad laudem, nominiſq; celebritatem, naturã ſine Imitatione, quàm ſine natura ualuiſſe imitationem.

Verùm idem ego affirmare nihil dubito, quum ad ingenium excellens, atq; eruditionem non uulgarem acceſſerit ratio quædam imitationis, & exercitatio confirmatioq; ſtyli atque ipſius orationis formæ, tum illud neſcio quid ſingulare ac diuinum ſolere exiſtere. Poſſem hic & uetuſta et à memoria noſtra remota exẽpla multa repetere, & commemorare, eorum qui bonæ & elegantis orationis laudem immortalem, hac imitationis uia ſunt conſecuti. Nam & antiquiſsimos oratores, rerumq; geſtarum ſcriptores, ab hac ratione uidemus non abhorruiſſe. Quid enim cauſæ credimus eſ

ſe,

ſe,cur ſingulis ętatibus extiterint pro pe ſingula genera dicendi? Potuiſſet' ne euenire, ut unum quaſi genus eſſet omnium qui quidem naturis differebant, niſi uoluntate ſimiles inter ſeſe aliquem ad imitandum ſibi propoſuiſſent, omnéſque in eodem uirtutis imitandæ genere uerſati fuiſſent? profectò fieri id aliter nequaquam potuiſſet.

Itaq; & illorum, quamdiu uiguit imitatio, tamdiu genus illud quod adamauerūt, ſtudiumq; dicendi permanſit. Sed quid attinet uetera repetere, aut exempla cōmemorare multa? cum hoc tempore,quo uernacula nobis lingua latina non eſt,nec à matribus, aut nutricibus, ſed tota ex mutis literarum monumentis diſcenda eſt, non iam liberum amplius nobis quidem ſit, utrum latinitatem imitari uelimus, nec ne, ſed imitando è ſcriptis

ueterum eam diſcamus, atq; uſurpe-
mus omnino neceſſe ſit: ſi modò ſic latinè & loqui & ſcribere uelimus, ut ubicq; gentium, & omnibus ſeculis & intelligamur, & probemur.

Neq; enim crediderim, quenquam adeò uehementer amantem ſui uel fuiſſe, uel eſſe, qui confidat: aut ita impudenter arrogantem, qui profiteri auſit, ſe ſine diligenti imitatione antiquorum ſcriptorum, ſine magiſtro, & ſine multa ac frequenti exercitatione ſtyli, aut æqualia ueteribus, aut meliora illis eloquentiſsimis uiris, Marte, ut dicitur ſuo, efficere poſſe. Quo magis mirãdi mihi uidentur ij, qui, uolentib. quæ uiſum fortè ſit, cuſtodire literis, auctores ſunt, ſuadentq; nullius alterius ſimilitudinem exprimendã uel appetendam in ulla uel artis, uel orationis parte, ſed naturę ſuę indolem cuiq; ſequẽdam, & ſuopte ingenio q̊d uelit ſine cuiuſ-

cuiuſquam imitatione adipiſcendum, atq; ex ſeſe potius quàm aliunde petendum eſſe.

Sed enim, amabo te, quid inueniet, quid promet aliquis in uſu latinitatis, ut nunc quidem eſt, ex ſeſe? quod non aliunde, hoc eſt, ab aliquo ueterū ſcriptorū ſtylo, didicerit, acceperit, hauſerit? Nihil certè in hoc genere propriū cuiuſq; eſſe poteſt, ſed aliena, ſed externa hęc eſſe omnia, uelimus nolimus, fateamur quidē oportet. Itaq; quid aliud docēt illi quidē, qui noſtras uires tantopere laudib. efferūt, nosq; metipſos nobis maximè imitandos cenſent? quid, inquam, aliud facere nos iubent, quàm ut ipſi in nos conuerſi, reminiſcentes cogitando ea recordemur quæ nunquam mente, nunquam memoria, nunquam ſcientia comprehendimus? eaq; promamus quę nunquā recondimus, nunquam habuimus? cumq;

cumq́ꝫ deniq́ꝫ ducem uiæ ſequamur, qui ipſe uiæ ignarus, ducis egeat?

Quapropter nos quidem illos opinione ſua felices ac beatos eſſe ſinamus, iudiciumq́ꝫ ſuum ipſis de tota ratione hac relinquamus ſanè, & in hac parte ab illis diſſentiamus licet, eaq́ꝫ ſententia noſtra tueamur, & oratione affirmemus, quæ nobis nec à recto, neqꝫ à uero aliena eſſe uideant̃.

Teneamus etiam illud, quod honeſtiſsimis et optimis rationibus facilè obtinere poſſumus, Imitationē & artem & uirtutem eſſe, eamq́ꝫ totam in uſu, labore, ſtudio, exercitatione, diligentia ſemper & aſsiduò uerſari: nihilq́ꝫ nou ſuſceptis atqꝫ adhibitis illis inueſtigari, apprehendiq́ꝫ poſſe. Non enim tam temerè creduli, aut adeò ſine ſenſu cōmuni ſumus, ut, cùm alijs quidem in artibus omnibus, maximam uim imitationis eſſe ſciamus,

in una eloquentia,nullum eius uſum, nullũ emolumentum eſſe nobis perſuadeamus.Pictores,ſtatuarij,hiſtriones abſq; imitatione præſtare quid poſſunt? Quid item cæteri opifices? (ſæpe enim parua magnis non malè conferuntur) ueſtiarij,calcearij, quàm ueſtis, quàm calcei aptã formam, ſine exemplo facere conentur? Quid multa? Nullum eſt tam humile, nullum tam illiberale et ſordidum artificium, in quo non exemplũ, non magiſtrum ſibi imitandum,ſequendum,qui diſcere,qui exercere uelit, proponat.Ergo illi omnes artifices atque opifices, in ſuo quiſq; genere ne in minimis & uiliſsimis quidem operib.conficiendis, abſq; exemplo,abſq; imagine animo comprehenſa, abſq; diligenti ratione quicquam aggrediuntur.Nos autem opus omnium humanorum operum maximum et præſtantiſsimum latinè,
dilucidè,

dilucidè, ornatè, aptè, dicere, ſine duce, ſine exemplo, ſine imitatione au debimus affectare?

Et illis quidem omnibus in quacunque arte, profuerit imitari: nobis uerò ſolis in elocutionis & doctrinæ ac uirtutis diſciplina, inutile ſit putandum? Mihi quidē qui ſic ſentiunt, ut leuiſsimè dicam, multum errare uidentur. Nam quæ incommoda uel ſuperiori, uel noſtra etiam ętate, quantamq; rebus obſcuritatem attulerit, neglecta latinitatis & conſuetudinis Romanæ in elocutione imitatio, res ipſa per ſe loquitur, & exēpla confirmāt. Extant enim Thomę, Scoti, Apuleij, Sidonij, Fulgentij, & aliorū multorum ſcripta, quæ quandoquidem ad nullius antiqui & probati auctoris exemplum & ſimilitudinem ſcribendi compoſita ſunt, prorſus noſtrum quoddam & inuſitatum genus ſermo

nis habēt plenum ineptiſsimarum & prodigioſarum figurarum. Quæ uitia qui uitari uolent (omnes autem uelle debebunt) ijs maius quoddam imitandi uetera ſcripta, quorum ſua ſimilia eſſe cupiant, ſtudiū erit aſſumēdum, maior cura atq; diligentia in faciendа perpoliendaq́; oratione adhibenda. Nam ſi feliciſſimo illo ſeculo quo & nobiliſſima ingenia extiterūt, ſtudiaq́; eloquentiæ, ut cum maximè uiguerunt, ſummi uiri, in ipſo Latio progeniti, & prima educatione ad omnem eloquentiam inſtituti, tamen poſtea ad eloquentiſſimorum oratorum imitationem æmulationemq́; ſe totos compoſuerunt, ſummamq́; latinitatis rationem habuerunt: quid nobis alio ſub cœlo, in media barbaria, inter Hunnos, Vandalos, Gothos, Sarmatas, Getas, & natis atq; alitis, faciendum cenſemus? nonne maiore

iore ſtudio, induſtria,uigilantia, uete rem & germanam Romani ſermonis indolem multo magis expetere debe mus? Illorum limatiſsimo iudicio, & politiſſimis auribus ne eloquentiſs. quidem homo T. Liuius latinè ſatis loqui eſt uiſus, cuius illa Patauinitas ab Aſinio Pollione notata,urbe Romana cum ignominia quadam eſt exterminata. Quid? quòd ne M. Antonius quidem,nec Criſpus Saluſtius, nec ipſe Tiro Ciceroni (quem tamen canonem ſcriptorum ſuorum uocat) in omnibus ſatisfacere eſt uiſus?

Nullum igitur ſtudium, nulla cura,nulla diligentia excolendæ confirmãdæq; dictionis tantis uiris pro fuit,nec contractam ab infantia peregrinæ phraſis conſuetudinem Liuio adimere ratio ulla potuit.

Nos uerò per ocium, per ſomniũ, per ſocordiam, ſine labore, ſine uigilantia,

lantia, ſine cura & barbariam innatã exuemus, & latini ſermonis eleganti-am omnem aſſumemus? Non ita ſeſe facilem cuiuis affert uetus ille & natiuus Latij, urbiſq; rerum dominæ genius: ſed multũ diuq; quęſitus, cultus, ueneratus, uix longè & quaſi per tranſennam longinquis & alienigenis nobis aſpiciendũ ſe præbet. Quo maiore obſequio, obſeruãtia, religione ille nobis eſt demerendus, ut ſui copiam nobis faciat. Quæ, ſi contigerit, quis pudor, quæ uerecundia obſtet, quo minus ſumma cũ cupiditate, intentiſsima animi mentiſq; noſtræ acie illum intueamur? nec prius à nobis dimittamus, quàm uiuam eius faciem totam, uultumq; totum, & corporis totius lineamenta ac habitum cultumq; omnem omnibus ingenij & artis coloribus, noſtroq; penicillo, quanta poſſumus maxima dexteritate atque indu-

duſtria, depingamus, effingamus, exprimamus? Nosq; hac imagine, interea, hoc ſimulacro propoſito, in expetẽda latinę linguę laude, ut poſſumus oblectemus, animumq; & mentẽ noſtram ipſa cogitatione natiuæ illius Romanę dictionis indolis, confirmemus, quando natiuo eius cõſpectu & uera illa facie iam frui nequimus: quę quidem ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſui.

Ac ſi uolumus huius rationis, quę uocatur Imitatio, ſiue ſtudij, ſiue induſtriæ cuiuſdam, ſiue exercitationis, conſiderare principium, reperiemus non ſecus ac alia multa, quę in uita uſum habẽt, à natura ipſa natũ atq; profectum. Sic enim natura ſumus omnes ut, quę in alijs probamus atq; ſuſpicimus, ea, quoad poſsimus, ipſi quoque facere cupiamus. Et præclarè ab Ariſtotele ſcriptum eſt, Hominem

præ

prę cęteris animantib. omnibus prę-cipuam quandam uim obtinere imi-tandi, qua quidem & multa & uaria diſcere poſsit. Ita naturali quadam ui-impellente, literarum ductus, ut expe dite ſcribendi paretur facultas, pueri ſequũtur. Sic pictores opera aliorum, muſici uocem docentium imitantur. Et nulla deniq; eſt diſciplina, cuius non primordia ad propoſitũ ſibi prę ſcriptum forment. Itaque ut primùm intelligere animo cœpimus rem ali-quam ab altero imitatione quadam ingenioſe expreſſam, ilico geſtimus, & artificioſa illa repræſentatione ſi-militudineq; magis delectamur ali-quando, quàm naturę ipſius uarietate. Nec in artium operibus ſolùm, ut ta-bulis pictis, & ſignis exculptis, cæte-risq; uel de natura, uel de alieno ope-re expreſsis atque effictis, id accidere uidemus. Sed multo magis in mori-

bus, in dictis factisq́, in actionibus, geſtu, habitu, motu, inceſſu, breuiter in tota uita. Idcirco in fabulis poetarum, in comœdijs & tragœdijs, cæteriſque dramaticis poematibus, id eſt actum aliquem perſonasq́ habentib. cum id quod quacq́ perſona dignum eſt & fieri & dici uidemus, atque audimus, marabile eſt quantopere afficiamur, quantamq́ inde uoloptatem capiamus. Quin etiam tanta eſt huius artificij uis atque efficacitas, ut cum in quibuſdam rebus ipſis, magna ſit offenſio, earundẽ tamen rerum non ſint iniucundæ neq́ ingratæ ſcitè repræſentatę imagines. Quis noſtrûm contemplans pictum egregiè in tabula aliqua incendium, aut coruſcam uim fulminis, cœli'ue tempeſtatẽ, aut hominis exanimati cadauer, aut ſceleris ſudplicij'ue alicuius crudelitatem, non libenter & ſtudioſe miratur? quæ uera

conſpicati,omnes conſternatis animis refugeremus? Quis cũ audit in theatro aptè pronunciatã ab Atreo hanc orationem, Oderint, dum metuant: aut hanc, Natis ſepulchro ipſe eſt pater:nõ lȩticia perfunditur,plauſuq́ dignam iudicat ſententiã? Ad eundem modum & ſimiliter uitioſos, auaros, ebrioſos, libidinoſos,facinoroſos, truculentos, ſceleratos, impios,nefarios, odimus, auerſamur,deteſtamur: uerũ dignas perſonis illorũ ſentẽtias audire auemus, auditas probamus,laudibus extollimus,admiramur. Ex quo intelligitur, opinor,hanc artẽ,& eam facultatem quȩ conficitur ex arte, non ex ijs tantummodo rebus in quibus uerſantur,gratiam omnem laudemq́ adipiſci (neque enim eſt neceſſe,quam quã maximè decet, honeſta, pulchra, bona, rectaq́ eſſe,quorum ſimilitudo exprimitur) ſed ſi effictæ illæ res pe-

ritè apteq́ fuerint, nimirũ iam quidẽ nõ tam ipſam rerũ naturam conditionemq́,q̃ artis & induſtriæ uim atq́ effectonẽ cõmendari uidemus. eſtq́ hęc ipſius Imitationis propria & pręcipua laus,quã quidẽ, neſcio quo pacto,adeò expetimus omnes,ut cùm in diſciplinis atq́ artibus, tum in moribus,omniq́ uitæ ratione, non ſolùm quæ in alijs admiramur & cõmendamus, facere ipſi uelimus, uerumetiam quæcunq́ facimus,quæq́ fecimus,ea tunc demũ rectè fieri, factaq́ eſſe exiſtimemus, ſi exemplũ aliquod laudatum,quod ſecuti aut ſimus,aut uideamur,in promptu habeamus, q̊d cum opus eſt,ꝓferre, quoq́ tueri ac defendere nos poſsimus. Quod certè nõ ſieret,niſi in animis noſtris inſitã quandã informationẽ Imitationis haberemus,omniaq́ ad ſimilitudinẽ aliquã referri,& ex eorũ autoritate cõuenientiaq́

tiaq́ꝫ probari oportere iudicaremus.

Ac ſi non tantus uſus, tamq́ꝫ neceſſarius oſtenderetur, & ſi ex hoc ſtudio delectatio ſola iucũditasq́ꝫ peteretur, tamen, ut mea quidem fert opinio, hãc rationem atqꝫ animaduerſionem humaniſsimam & liberaliſsimam plurimi facere deberemus. Etenim cæteræ res neqꝫ perſonarum ſunt, neqꝫ ætatum omnium: neqꝫ doctrinarũ hæc ratio omnium hominum naturis, fortunis, ætatibus, diſciplinis conuenit. In negotijs uſui, in ocio uoluptati, in ſecundis rebus ornamento, in aduerſis adiumento & præſidio eſt: iuuentutẽ excitat, ſenectutẽ oblectat. Theologiæ idonea, Iuriſprudentiæ apta, medicinę commoda, philoſophię obuia, eloquentiæ deniqꝫ inprimis maximeq́ꝫ neceſſaria exiſtit. Quòd ſi nobis ipſis hanc uiã ſtudiorũ uel ingredi, uel in ea pro gredi conceſſum non

eſſet, tamen adiuuare & promouere alios ingreſſos deberemus, etiamſi feliciores nobis ea re ipſos fore uideremus.

Diximus hactenus de prima illa quęſtione, An omnino Imitationi opera danda eſſe uideatur: &, quare ab ijs qui negant, diſſentiamus, imitandūq; eſſe ſtatuamus, rationes, pluribus fortaſſe quàm oportuit uerbis, explicauimus. Nec uerò neceſſe nos habere arbitramur, ut alteris illis, quibus nec nulla, nec omni ex parte imitatio, ſed magis æmulatio placet, nunc reſpondeamus: cū nos & ſuprà certos quoſdam fines huic diſciplinæ conſtituerimus, & paulo pòſt ſummam, citra exceptionem, bonitatem atque perfectionem exempli atq; ducis, qua nulla uel melior in quemq; cadere mortalem poſsit, imitatoribus propoſituri & cōſtituturi ſimus, Imitationemq;

de

de illa abſolutiſsima excellẽtia ac gloria celebrari, non pœnitendum quiddam uideri uelimus. Vnde apparebit infrà melius hac quidem parte, parũ nobis officere illorum placitum qui imitandi ſtudium uerbis eleuant, & æmulationem atq; contentionem de uictoria tantopere cõmendant. Quin nos illud quidem quod dant, interea accipiamus, boniq; cõſulamus, nẽpe quod quemadmodum Neoptolemus ille apud Ennium philoſophari quidem ſibi ait neceſſe eſſe: ſed paucis, nam omnino haud placere. Ita & ipſi non nihil quidem & aliquo modo imitandũ eſſe fateantur, licet id genus ſtudij totum uſquequaq; nõ probent. Nam reliqua aliàs uiderimus & commodius & rectius.

Sequitur nunc, ut, quod ſecundo loco quæri ſolere diximus Qui nam potiſsimum ſint imitandi, uideamus.

Magna mehercule & inuidioſa quæſtio, de qua multos quidem, & eos quidem non uulgariter doctos & inprimis eruditos quid ſtatuerent, magna hæſitatio tenuit.

Videbant ènim etiam olim, & nunc etiam, à præclaris ingenijs & diſertiſsimis hominibus ingenti animorum contentione magnis utrinq; & multis argumentis hanc quęſtionē agitari, & utrique parti cùm rationes, tum auctoritatē ita ſuffragari, ut nullo quidem adhuc certo unanimiq; iudicio atque conſenſu deciſa, ſed ſub iudice etiamnum integra lis manere uideatur. Nec nos profectò tãtorum uirorũ, tam multiplicíq; doctrina inſtructorum auctoritatem poſſumus contemnere, quam quidem etiam uenerari ſolemus. Verùm alteros, quibus imitandi ſtudiũ nec omnino nec omni ex parte placet, cum magis prauitate

uitate quorundam imitari affectantiũ nõnihil offenſos, ad iniquiorẽ quandam ſententiã deductos, ꝙ uoluiſſe eximium hoc ſtudium traducere, credam:non tam illos quidem uitupero, neqꝫ etiam omnino laudo, quàm ab illorũ auctoritate uerecundè & cautè diſcedo. Quod quidem plures cauſæ, rationesqꝫ meæ facere prorſus me cogunt. Nolim igitur exiſtmari, me aduerſandi illis doctiſsimis hominibus aliquo ſtudio hanc quæſtionem hoc loco attuliſſe:ſed in tali diſputatione, iam antè diu multumqꝫ iactatã uel omittere, uel prçterire, ſententiãqꝫ noſtram diſsimulare, neceſſariò me non potuiſſe.

Cauebo tamen hoc ipſo loco, quàm potero maximè, orationiqꝫ meæ ita moderabor, ut dũ meã hac de re exponam ſententiam, nullius uel dignitatem eleuaſſe, uel debitum tantis prç

ſertim

ſertim & talibus uiris honorem ui-dear neglexiſſe: neque illud mihi aſ-ſumam, ut quid cæteris omnibus in genere ſtatuendum ſit, decernam. Sed quæ animi mei fuerit deliberatio in-quiſitioq́ in deligẽda ingrediendaq́ imitandi uia, eius ego dubitationis meæ uarietatem, rationemq́ paucis recenſebo, ut qua ipſe ueri ſimilitudi-ne, ancipiti in re, cognitioneq́ digniſ-ſima, ſim ductus, certiores faciam re-liquos, qui idem aliquando ſunt deli-beraturi, quibus fortaſſe hæc mea uo-luntas erit non omnino ingrata. ego quidem certe in illa cogitatione me-moriaq́ conatus mei libenter ac-quieſco.

Ne igitur diutius ſuſpenſam ora-tione mea expectationes eorum tene-am, ſingulos animi mei motus, uari-asq́ conſulationes breuiter expono. In deligenda ergo cõſtituendaq́ imi tandi

tandi ratione, in primis uigilantia prudentiaq́ꝫ opus eſſe uidebam, & præcipuam quandam curam adhibendam putabam, ut conſtare in eius rationis perpetuitate poſsimus nobiſmet ipſis, nec in ulla eius parte uacillare.

Nam ſi in hac re imbecillitate aliqua uel præcipitatione conſilij iudicijq́ꝫ erraſſem, meq́ꝫ antè implicaſſem aliquo genere imitandi, quàm potuiſſem quod optimum eſſet dijudicare, uerebar ne idē mihi uſu ueniret quod uiatoribus nōnunq́ꝫ accidit: ut quemadmodum illi oblatis fortè in itinere plurib. & diuerſis uijs, ubi ſemel errore commiſſo, in deuia ingreſsi, uagari cœperint, ſæpe in magno progreſſu, longiſsimoq́ꝫ ſpacio confecto, (quod grauiſsimum & moleſtiſsimū eſſe cōſueuit) referre pedem, & ad carceres quodāmodo redire cogantur.

Ita

Ita ego prauam principiò ingreſſus i-
mitandi uiam, eiusq́; bonam partem
emenſus, in medio curſu, magna tem-
poris, ætatis & laboris, facta iactura,
cum dolore & pudore cõmutare in-
ſtitutam rationem ſtudiorum & de-
nuò nouam inire neceſſe haberem.
Mouebant me præterea exẽpla prio-
rum, qui quæ primùm magno labore
& diuturno ſtudio perperam didice-
runt, poſtea maiore cura atq; conten-
tione dediſcere ſunt coacti: omnibúsque tentatis imitandi rationibus, tan-
dem ſua ſpe fruſtrati atque decepti, u-
nam certam uiam ſibi ingrediendam,
nec ab ea deflectendum eſſe, experien
tia magiſtra didicerunt.

Itaq; cum animo tractare hanc rem
cœpimus, multũ adeò referre & per-
magni intereſſe mea omnino uidebã,
ſi rectè imitari uellem, certò prius a-
pud animum meum conſtituere atq;
dijudi-

dijudicare, utrũ ab omnib. omnia, an omnia ab nemine, ſed aliud ab alio ad imitãdum petere poſſem? primùm ergo illud quærendũ ueniebat, omnésne boni imitandi eſſent? Quod quidem conſideranti mihi initiò eo magis uidebat, quòd ab uno pauca uix poſſe ſumi putabam: tum quòd à pleriſq; & nonnullis magnis ac præclaris auctoribus hanc opinionem uehementer probari intelligebam. præterea illud quoq; occurrebat, magnam omnino, ut corporum & formarum, ita & animorum ac ingeniorum maiorem etiam eſſe diſsimilitudinẽ & uarietatẽ, naturamq; ſua cunctis munera diſtribuiſſe: hinc in alio lepõrẽ & hilaritatem, in alio grauitatem & ſeueritatem exiſtere: alium comitatem ſermonis, alium auctoritatem habere: alium itẽ ad dulce, facetũ, feſtiuumq; ſermonis genus, alium ad diuerſum

natura

natura duci: alium humile & attenua tum, alium ſublime & grande, alium mediocre & temperatum quiddã reſerre: alium breuitatem & proprietatem, alium copiam & ornatum ſequi: denicꝫ alium ardens, concitatũ & exultans, alium lene, ſedatum, & uerecũdum, alium forenſe dicendi, alium quietum diſputandi genus adamare. & in ſumma, innumerabiles diſsimilitudines eſſe ſtyli & orationis, animo cernebam.

Cum igitur tam uarias eſſe hominum naturas & tam diuerſas inter ipſos uoluntates, tam multiplices dicendi ſcribendicꝫ differẽtias uiderẽ, omnino neminẽ, qui aliquo modo exercere & acuere nos poſſet, uel negligendum uel excludendũ iudicabam. Quod cum ita exiſtimarem, conari autem iam moliricꝫ aliquid ipſe uellem, ecce tam obſcura mihi quædam

ſeſe

ſeſe difficultas offerebat, ut non qui-
dem, quod dici ſolet, in limine, ſed in
ipſo primo rei aditu ueſtibuloq́ꝫ of-
fenderim. Nam et omnia quæ omnes
haberent, ſolum conſequi me poſſe
diffidebam: & ut maximè id non de-
ſperarem, tamen quomodo & quo or
dine omnes boni eſſent imitandi, du-
bitabam: nec ab illis ipſis qui hoc prę
cipiunt, ac imitationem generalem ſi-
ue communem tantopere probant, ſa-
tis explicatè poſitũ inueniebam. Am
bigebam itaqꝫ ipſemet mecum, & ac-
curatius perpendebã: primùm, uide
rentur'ne ita omnes boni nobis imi-
tandi, ut eoru cuiuſuis uniuerſam ſty
li rationem perſequeremur, ac effin-
geremus? an potius ſufficere exiſti-
maremus, ut qua quiſqꝫ in ſui generis
parte optimus laudatiſsimusq́ꝫ habe-
retur, eam nos ſolũmodo ab unoquo-
que ſumeremus; atqꝫ ita ex omnibus

quamuis diuerſis, bonis tamen uni-uerſis, optima quæq; deligeremus, & illa noſtro arbitratu artificioq́ue con-ſtrueremus et cõformaremus, unamq́; integrã ſcribendi rationem nobis con ficeremus, ſed priore modo imitari o-mnes inutile, adeoq́ue impoſsibile ar bitrabar. Quis enim mortalium unus tam multorum et tot ſcribẽdi formas, tamq́; inter ſe diſcrepantes, una in ſcri bendi ſpecie concludere atq; exprime re poſsit?

Altero autem modo, ſi imitari o-mnes uellemus, uerebar, ne non tam imitari quid illorum quàm mutuari, nec tam repręſentare quàm compilare uideremur. Veniebatq́; in mentem, hanc rationem aliena & uaria ſcripta carpendi, & denuò aliter concin-nandi, quaſiq́; exædificandi, non à do ctis modò, ut illiberalem improbari, ſed uulgò etiam mendicitatis nomine notari,

notari,& Aeſopici illius graculi alienis plumis ornati cõparatione irrideri. Neutro ergo modo imitãdi omnes uidebantur.

Deinde & de ordine ambiguum haberi,nec planè conſtare obſeruabã, minores'ne & mediocres, an protinus eminentiſsimi ac optimi ex omnibus initiò ſtatim maximè ſequendi eſſent. In utramq; enim partem ultrò citroq́; à doctis et multis ac grauibus argumẽtis inſtructis uariè copioſeq́; hoc diſputari uidebam. Atq; his quidem de cauſis,ab hac ſententia uel approbanda,uel improbanda,& ab hac imitandi uia ineunda, aliquantiſper iam me continebam, & ad cæteras explorandas properabam.

Alteram itaq;,& poſteriorẽ,multorum,& inprimis bonorum autorum, hanc agnoſcebam de Imitatione ſententiam:Neç omnes bonos,nec quoſ-

uis, nec unũ aliquẽ, ſed certos, ſed de lectos, ſed optimos quoſq; et imitãdo ſequendos, & ſequendo aſſequendos, tum aſſecutos demum prætereundos ſuperandosq; eſſe. Quæquidem ſen-tentia cum ſuperiorem illã aliquo mo do ſeu corrigere, ſeu uerius explicare uideretur, tamen maiori ex parte eo magis mihi arridebat, quòd ipſe iam inde à puero, ex Ciceronis & Quinti liani optimorum & ſapiendi et dicen di magiſtrorum, honeſtiſsimis, rectiſ-ſimisq; pręceptis, eorundemq; et alio rum multorũ experientia didiceram, & multis rationibus perſuaſum ha-bueram, in quibuſuis artibus ac diſci plinis perdiſcendis ſemper, & inpri mis optimos & pręſtantiſsimos deli-gendos, cognoſcendos, atq; imitan-dos eſſe.

Ad hęc, ut nouũ uas q̃ primùm o-dore imbuerẽ, et recens lana q̃ ſemel

colore

colore inficeret: ſic q̊ primùm rudimẽto ſtylus tingeretur, & quorum ſermone quis ab initio ſe aſſuefaceret, permagni plurimumque referre audiebam. Ideoq́; poſthabitis inferioribus & mediocribus, omnia mea ſtudia in ſummos optimosq́; conferenda putabam: ſtatuebamq́; illos ſolos mihi & principiò, & poſthac ſemper cùm ad intuendum, tum ad imitandũ propoſitos eſſe debere. Verùm ut in maximis pulcherrimisq́; rebus aggrediendis infinitæ fermè & innumerabiles obijciuntur difficultates: ita hic dũ uix ex una et item altera q̊dammodo me explicabam, continuò incurri in alias nouas multo ſanè maiores & laborioſiores, atque haud ſcio, an non in hac controuerſia maximas & ſummas.

Nam cum fateamur id quod negare non poſſumus, & optimos ad imi-

tandum maximè eſſe deligendos: & eos quidem qui in hunc numerum referantur, licet non multiſsimos, eoq́; pauciores, quo præſtantiores nominare habeamus, primò difficilimum maximumq́; eſſe uidebatur, quinam illi optimi eſſent, iudicare: pręſertim cum tanta ſit inter illos ipſos diſsimilitudo, ut omnino non pauciora oratorum quàm orationum genera reperiantur. Deinde etiamſi de hominibus quidem, quod in illis eſſet, aliquid fortè, exiſtimare liceret: tamen iudicare de re ipſa, in qua uerius quàm in hominibus, id quod optimum ſit, exquiritur, hoc eſt, quænam ſit excellentis eloquentiæ ſpecies, & optima quaſi figura formaq́; dicendi, quæ probetur maximè, cui nihil addi poſsit, quęque ſumma & perfectiſsima & ſit, & habeatur, id uerò multo mihi eſſe maius longeq́; difficilius eſt uiſum, ut

quod

quod mea quidem non ſolum faculta
te, ſed etiam cogitatione complecti,
uix unquã me poſſe arbitrarer:ſed &
hac de dubitatione, quantumuis ar-
dua ancipitiq;,cum tamen quid apud
animum meum ſtatuerem,certum eſ-
ſet, ſtatim hic noua rurſus maximéq;
ambigua ſeſe mihi quæſtio offerebat,
uidelicet,omnes ne,quotquot & qui-
cunq; tandem illi ſunt, qui mediocri-
tatem excedunt,quiq; aliquo eloquen
tię genere maximè inſignes habentur,
omnes ne inquam, & quoquo modo
imitandi uiderentur: an potius ex o-
mni numero atq; ordine illorum ex-
emptus unus & ſolus aliquis omniũ
longè princeps, longéq; eminentiſsi-
mus ac ſummus?

De qua quoniam huc progreſsi ſu-
mus; & hic quoq; animi noſtri habi-
tam deliberationem candidè aperie-
mus. Ac de priore quidem huius quę

ſtionis parte tutius et facilius me ſta-
tuere affirmareq́ poſſe exiſtimabam:
eamq́ omnino ſententiam, & minus
inuidię habiturã, et plus gratię ab om
nib. acquiſiturã putabã: cõtraq́ parũ
cõſultũ eſſe iudicabã omniũ hominũ
et quorumcunque ſtudia, naturas, uolun-
tates, nullo diſcrimine habito uarieta-
tis, diuerſitatis, diſsimilitudinis, unius
ingenij anguſtijs pariter adſtringi, cõ-
cludi, et quaſi prefiniri. Quippe cum
nullã omnino artẽ eſſe crediderim in
qua non plures preſtantes, ijq́ omnes
inter ſe diſsimiles reperiantur, una eſt
ars ratioq́ picturę, (libẽter enim hoc
exẽplo utimur) in qua excellẽtes fue-
rũt olim Apelles, Zenſis, Aglaphõ et
noſtra memoria in Germania, Dure-
rus, et Matthias, et Cranachius. Neq́
eorũ quicq̃ cuiquam in ſua arte uel de
fuiſſe, uel deeſſe unquam audiuimus:
horum certè recentiorum opera, quæ
hodie

hodie etiam extant, licet illa inter ſe diſsimilia ſint, tamen ita ſunt perfecta omnia, ut nullum aliter ab alio conformatum eſſe uelis.

Neq; hoc in iſta tantum, cæteriſq; quaſi mutis artibus, ſed etiam in poetica & oratoria clariſsimè cerni licet. In quibus ſummæ ſunt diſsimilitudines: nõ ita tamen, ut alij contemnendi ſint, ſed ut ij quos conſtet eſſe ſuſpiciendos, in diſpari tamen genere admirationẽ mereantur. Quàm enim ſunt inter ſeſe Lucretius, Virgilius, Horatius, Ouidius, diſsimiles? etſi omnes æquè propemodum in diuerſo ſcribendi genere laudentur. Iam uerò ſi item intueamur eos ſcriptores latinos quorum ad nos monumenta peruenerunt, in una eademq; omnium lingua uarias diſsimilitudines inueniemus. iucũditatem alius, ſubtilitatem alius, acumen alius, alius item ſonitũ, alius

uim,alius grauitatem,alius lenitatem, alius maieſtatem habet, & ſuo tamen quiſq; in genere facile princeps eſſe uideatur. Quos quidem ipſos nec una aliqua orationis uirtute ſolùm excelluiſſe,nec unius cuiuſpiam imitationi totos ſeſe addixiſſe obſeruabã. Ciceronem certè, qui unus inſtar multorum eſſe poteſt, & uim Demoſthenis, & copiam Platonis, & ſuauitatem Iſocratis, aſſecutum eſſe ſcripſit clariſsimus & optimus rhetor Fab. Quintilianus.

Quod cum ita ſit,& plures omnino, eoſq; præſtantes omnes eloquentię & latinitatis auctores etiam nunc hodie extantes numerare poſsimus: iniquum eſſe uidebatur, unum ſolum deligi,cæteros negligi:unum ſuſpici, reliquos deſpici: unum ex omni numero honorificè abduci, alios omnes ignominioſè dimitti.

Equi-

Equidem nec illum,quicunq; tandem unus deligeretur, hoc arrogaturum ſibi credebam, ut exiſtimaret ſibi ſoli conceſſa eſſe omnia,alios nihil præſtare, nihil conferre eloquentiæ ſtudioſis poſſe.Deniq; multo melius diſci ſermonem latinum,& quamcunquelingnam,cum pluribus,preſertim eloquentib. colloquendo,ſtatuebam. His alijsq; rationibus nonnullis,hãc ſententiam interim ut uerіſimilem,donec firmius aliquid inuenirem,quo iudicium meum dirigerẽ,amplectebar. Atq; hoc demum modo imitandi rationem ſuſcipiendam mihi putabam. Cum autem plures iam mihi quos imitarer propoſuiſſem, uireſq; meas periclitari conatus eſſem, ecce rurſus omnem operam, omnem laborem, fruſtrà & inutiliter in hoc me inſumpſiſſe cognoſcebã. Diſtrahebat eñ animũ,& intelligẽdi ac iudicandi uim,

omneſq;

omnesq́ ſenſus meos illa diuerſitas atq; diſſimilitudo exemplorum, nec ulli certo intentam & infixam hære-re mentem, curamq́ meam ſinebat. Neq; ego ex uarijs & quodammodo repugnantibus generibus ullam certam formã, quam imitando ſequerer, conſtituere poteram. Sine certæ autem formæ exemplo, imitatio quæ exiſtere poſſet, non inueniebam. Quã obrem eodem quidem tempore, non modò non ad multos, ſed ad paucos quidem diuerſos in imitando oculos, animum, mentemq́ noſtram rectè flecti, intendiq́ ullo modo poſſe, comperiebam. Quin etiamſi diuerſis temporibus plures imitari, & ſingulos ex ordine aliũ poſt alium aggredi uellem, euenturum prorſus uidebam, ut quos in uno neruos, quas uires intendiſſem, in alio remittere, relaxareq; neceſſe haberem. Nam ſi &

Cæſaris

Cæſaris puritatem, & Ciceronis illam maieſtatem, & Saluſtij breuitatem, & Liuij ubertatem, cæterorúmque diuerſitatem, imitando perſequi conarer, quicquid ad alteros adijcerẽ, id alteris detrahere me oportere, facile perſpiciebam.

Cumq́ unũ quemcunq; exprimere didiciſſem, & alium doceri incipeperem, priorem planè magna cura, multoq́ labore perceptam rationem, ſubinde mihi aut commutandam, aut rurſus dediſcendam, repudiandámque eſſe deprehendebam. Qua ſanè re & frangi ſtudium meum, & languescere induſtriam ardoremq́ illum animi, & cupiditatem penitus reſtingui ſentiebam.

Poſtremò, ut maxime, q̊d ultrò mea induſtria facere nullo pacto me poſſe experiebar, id quaſi uirgula diuina (ut aiunt) mihi daretur, ut noua quadam

dam & ſingulari, antea nulli mortalium cognita ratione ac facultate, plures, & eos quidem optimos, aut prorſus ut omnes bonos imitari & exprimere poſſem, quemadmodum quidam uolunt: tamen cum id mecum ipſe meditarer, & attentè cogitarem, multum adhuc dubitabam, num illo quidem artificio omnino mihi eſſe utendum putarem. Etenim quomodo una ſcribendi ratione plures diſsimiles non uitioſe quis referret, non aſſequebar. Quicunq; enim quę diſtincta, per ſe ſingula egregia admirabiliaq; cõſpiciũtur ea pariter omnia una ſcriptionis facie repręſentare uult, is omnia, tanquam repugnantes & nunquam coaleſcentes humores, permiſceat, confundat, ac ueluti diſpares pannos cõſuat, aut earũ etiã rerũ quę nunq̃ omnino fuerũt, necq; eſſe potuerunt, uiuas imagines pręſtò eſſe faciat

exhi-

exhibeatq́ oportet,ut Scyllæ & Chimeræ,quæ,ut in fabulis eſt,

Prima leo,poſtrema draco,media ipſa Chimæra.

Quę autem ſic ſunt, ea nec ęqualia, nec ſimilia,neq́ hærentia, neq́ ſtabilia, aut ullo modo apta eſſe poſſunt, tantum abeſt ut priſtinam illam gratiam,uenuſtatem,dignitatemq́ quam ſingula ſeorſum integra, ſuóque loco polita habuerunt, & præ ſe tulerunt, retinere queant.

Videtis ne quem nobis poetæ finxerunt Vertumnũ aut Protea, mirabili quadam arte,in uarias formas ſubinde ſeſe uertentem,huncq́ modò ignẽ, modò aquam, nunc feram, nũc rurſus hominem fieri ſolitum,et tamen haud unquam ſub unum eũdemq́ aſpectũ multiformem ueniſſe, ſed unica ſolũ ſpecie ac figura transformatum, modò hac, modò illa, præſentem apparuiſſe?

Nolite

Nolite em̃ exiſtimare illos ſapientiſſimos homines temerè hoc ita confinxiſſe, aut ea re ſolũ quod putarint fieri non poſſe, ut una quæpiam res diſſimiles aut uarias eodem momento facies formasq; haberet: ſed etiam propterea, quòd qua ratione diuerſæ ac repugnantes forma & figura res non ineptè componerentur, non diſpiciebant. Itaq; cum ne paucos quidem diuerſos ulla ratione exprimere mihi liceret, duxi diligentius iam cõſiderandum eſſe, ecquid unus omniũ optimus, præſtantiſſimus ac ſummus imitandus tandem uideretur maximè, cum à ſapientiſſimis & eloquentiſſimis hominibus, & ab ipſo quoq; Cicerone, ſic optimum definitum eſſe uiderem, quod dixerint, id quidem unum eſſe & proximum q̊d ei ſimillimum. In qua ego cogitatione cũ attentius defixus eſſem, pleraſ-

que

que illas quidem certè, quas antè habebam dubitationes, planè mihi præciſas eſſe animaduertebam: quodq́ antea durius & iniquius diu uidebatur, id re ipſa ueriſimilius eſſe, multoq́ mitius ac moderatius accipi debere, intelligebam.

Neq; enim cum dicitur, unum legendum, unum imitandum eſſe, qui omnium inter optimos longè ſit lectiſsimus, cæteris continuò ita interdicitur omnibus quaſi, præter illum unum qui lectione, qui cognitione dignus ſit, inueniatur nemo. Imò uerò licet: nec quicquam impedit quo minus adiungantur & cæteri, præſertim eximij atque præſtantes, ſed prudenter, tum uidelicet, cum tēpus, cum res ſtudiaq́ requirūt. Sed q̄d eſt Imitationis propriū, unus ille optimus poſthabitis alijs potiſsimum & maximè omni ſtudio, opera, cura, cogita-

 tione,

tione,uigilantia,diligentia, mente de-
niq; tota ſpectetur, & repræſentetur:
ad huius normã,regulam,& præſcri-
ptũ,animus, mens, manusq; ſcriben-
do imitandoq; dirigatur,& rectitudo
omnis exquirat. Quod quidem qua-
le ſit, ex ijs quæ paulo antè diximus,
facilè apparet. Et profectò ſic ſtatuo,
cum imitatio tota in exemplo certo,
eiusq; ſimilitudine exprimenda uer-
ſetur, fieri nequaquam poſſe, ut ea ſi-
militudo rectè conficiatur, ſi pariter
ad diſsimilia inter ſeq; uaria reſpicia
tur. Ac quandoquidem ſine dubio e-
xemplum effingendũ eſt abſolutiſsi-
mum, quid attinet pluribus id facere
conari, quod uno modo moreq; re-
ctiſsimè & optimè confieri poſsit, ſo-
leatq;? An uerò qui ſemel quę optima
ſunt,ab optimo cognouit doctore,eo
dem in genere quæ deteriora exiſtũt,
etiam ut addiſcat cogẽdus eſſe uidea-
tur?

tur? Atq; uarietatem & nouitatẽ cùm in cęteris rebus, tum maximè in literarum diſciplinis, non tam ſępę prodeſſe quàm obeſſe, experimur omnes. Nam in illa auctorũ exemplorumq; uarietate, uariè quoq; nos affici certè ſentimus, placetq; aliud in alio magis: & ſępe trahimur magis iucunda plauſibiliq; nouitatis uoluptate, q̃ certa, ſtabiliq; conſilij & iudicij ratione. Et quemadmodum in cibis uarietatem pleriq; magis appetimus, quàm ſimplicitatem, & in illa uarietate ſępe accidit, ut cum optimo ſaluberrimoq; cibo primùm appoſito ſimus uſi, allato poſtea quodam deteriore, intemperantius multo hoc quàm illo delectemur: ita & in ſtudijs penè ſimiliter facere conſueuimus. In quib. quidẽ nouitate & uoluptate non rarò ita capti irretitiq; detinemur, ut non modò illorum à quib. receſsimus curã abijciamus,

mus,uerũetiam pœnitentes nonnun-quam,ſerius ea improbemus, quibus antè dediti tantopere & tam diu im-morati fuimus:doleamusq́ quòd nõ maturius ac temporius ad poſterio-rem uoluptatis fructũ iucũditatemq́ percipiendám animos traduxerimus noſtros . Sed fit hoc à nobis quidem uitioſe.

Quin igit̃ illud potius imitandi ra tione ineunda faciendũ cenſeo, quod in itinere ingrediendo fieri ſolet, ubi cum plures fortè & inter ſe diſſidẽtes duces nacti ſumus,unũ tantũ audire, unũ ſequi ſolemus,quẽ iudicamus eſ-ſe certiſsimũ & ſcientiſſimũ : ita & in mitando ex pluribus magiſtris opti-mum deligendum,& eo ſolo nitendũ eſſe iudico . Intuendamq́ in hoc & ſe quendã naturã, quam quidẽ non ma-gis uarietate ſemper capi, q̃ uno ali-quo perfectiſsimo,& undiq́ omnib.

numeris

numeris abſolutiſsimo opere, nõnunquam quaſi ſuperbire; ſuasq́ uniuerſas ſimul uires animoſo alacriq́ conatu periclitari oſtẽtareq́ uidemus: ſed mitto hæc. Neq enim non multa huiuſmodi in hanc ſententiã undiq coaceruari poſſunt.

Cumq́ ego collectis ac exploratis de Imitatione omnibus ſententijs hãc tandem poſtremam plurimis grauiſſimisq́ de cauſis, & ueriſimilimam, & meis ſtudijs conuenientiſsimam utiliſsimamq́ eſſe iudicem, non dubitabo iam quod reliquũ eſt, eum quem unum omnium præſtantiſsimum optimumq́ ſtatuam, uobis nominare. Ego itaq omnium replicans memoriam temporum, cum in aperto eſſe, & inter omnes doctos conſtare uiderem, Ciceronis ætate eloquentiã Romanam ſine controuerſia perfectiſsimam extitiſſe, (nã neq ſuperiora ſe-

cula tam elegantem,exquiſitam,mundam & exornatam orationem facere, neq; poſteriora traditam ſibi conſeruare, latiusq; propagare potuerunt) Cum igitur Ciceronis ætate,ut dixi, eloquentiam latinam omnibus numeris abſolutiſsimam fuiſſe,& ſtudia dicendi ut cum maximè culta uiguiſſe, nihil ambigerem,totum illud ſcriptorum æuum, omnium iudicio optimũ & ſynceriſsimum,mihi quaſi ob oculos ponẽs,idq; acerrimè & diligentiſſimè toto animo menteq; intuens, inter omnes unum M. T. C. (quem eo etiam tribus appellationibus nomino, ut eius mihi ſuauiſsimum & amabiliſsimum nomẽ in ore linguaq; mea diutius uerſetur) unum inquam poſt hominum memoriam M. T. Ciceronẽ inter omnes qui dicendi gloria, unà cum Roma ipſa, floruerunt, facilè principem locũ obtinere, & inter

ter primos quaſi quendam inter homines deum (abſit inuidia uerbo) toto uertice(ut cum Virgilio loquar) ſupra eſſe,omnesq́ ſupereminere cernebam. Hunc diſertiſsimum Romuli nepotum,hunc Romani ſermonis uindicem & illuſtratorē, hunc linguę latinæ auctorem maximum, hunc doctrinarum omnium lucem , & facundiæ Latiarumq́ literarum ac patriæ parentem,hunc regem Oratorum,uirum nunquam ſatis laudatum,& ſexcentis alijs huiuſmodi titulis , elogijsq́ à clariſsimis auctoribus, & uerò etiam ab inuidis,et huius rationis quam nos tantopere probamus,æſtimatorib. iniquis, publico unanimiq́ conſenſu uno omnium ore, honorificentiſsimè appellatum, extraq́ omnē ingenij aleam poſitum collocatumq́ eſſe animaduertebam.

Quapropter cum omnium ſeculo-

rum ætatumq́ conſeſu cõmuni, congruentiq́ doctorum iudicio cũctisq́ ſuffragijs, denique dijs hominibusq́ approbantibus, hunc unum poſt homines natos, ex omni latinorum ſcriptorum numero locupletiſsimum & eloquentiſsimum ſemper eſſe habitũ, dictumq́: apud poſteros uerò id etiã conſecutum uiderẽ, ut Cicero iam nõ hominis nomen (ut Fabij uerbis dicam) ſed eloquentiæ exiſtimetur: cur ego igitur uerear, cur dubitem hunc in latina lingua ſtyloq́ conformando ſolum, potiſsimũ ſpectandum, proponendũ, imitandumq́ eſſe affirmare? Quem quidem natura ipſa hominum rerumq́ omnium parens in hoc peperiſſe atque procreaſſe creditur, ut quas communiter in cæteris ingenijs fingendis uires, quaſi faſtidioſe exercet, eas uulgariũ exemplorũ tędio in affecta, & rari alicuius operis cupida, ipſo

ipſo uno,Cicerone inquam, ſingulari quadam indulgentia ſeparatim generoſius experiretur,totasq́; cumulatiſſimè effunderet,ut in eo cùm diſciplinarum artiumq́; omnium cognitionē præſtantem, tum omnia artis dicendi ornamenta, omnesq́; uirtutes, diſpicere poſſemus. de quo nón temerè à nobiliſsimo rhetore dictum eſt: Ille ſe « profeciſſe ſciat cui Cicero ualde pla« cebit. Agè uerò ne alienis tantum te« ſtimonijs nitamur. Quid? nónne ipſemet in Oratore perfecto de ſuis orationibus iudicat, nullam eſſe ullo in genere laudem Oratoris, cuius in illis non ſit aliqua ſi non perfectio, at conatus tamē, atq; adumbratio. Et idē in procemio primi libri Officiorum ad Marcū filium, inquit, Oratio" nem autem latinam efficies profectò " legendis noſtris pleniorem. Nec uerò " arroganter hoc dictum exiſtimari ue"

» lim. Nam philoſophandi ſcientiã cõ-
» cedens multis, quod eſt oratoris pro-
» prium, aptè, diſtinctè, ornateq́ dice-
» re, (quoniam in eo ſtudio ętatem con-
» ſumpſimus) ſi id mihi aſſumo, uideor
» id meo iure quodammodo uendica-
re. Atq; hactenus Cicero.

Quòd ſi non ita omnes omnium oratorum dicendi uirtutes in eo hoc uno cumulatę, expreſſæ, illuſtratę con ſpicerētur, eſſet autem ipſe cęteris una ſolummodo laude, præſtantior: tamen eum qui ſe ad hunc unum effingendum contuliſſet, in eo ornari dicerem meritò debere, quòd optimum ſibi quem exprimeret eligendum iudicauiſſet. Nunc autē cum nulla omnino bonitas excellens, nullum uerborum ſententiarumq́; lumen tantū, nulla inſignis adeò uel dictionis, uel ſcriptionis indoles, nulla uirtus, in quoquã exiſtat, quę nõ in hoc ſumma-

pecu-

peculiariq́; dignitate, longè admira-
bilior, longè perfectior, præſtabili-
orq́; inueniatur, multo nobis magis,
multo conſtantius illi erunt proban-
di defendendiq́;, qui & in eligendo
imitationis duce ac magiſtro, tã pru-
dentes atque circumſpecti, & in ag-
grediendo tanto negotio tam cordati
ac magnanimi fuerunt: nec commiſe-
runt, ut uel iniqui prauiq́; iudicij ma-
cula, uel humulis & demiſsi animi
nota affici ulla in parte poſsint.

Hoc itaque ſic conſtituto fixoq́;,
quòd præclarè rectiſsimeq́; & iudi-
cauiſſe & iudicare uideantur, qui u-
num Ciceronem ad imitandum ma-
ximè eligendum, & hoc unum exem
plum potiſsimum proponendum eſ-
ſe, conſtantiſsimè pronunciauerunt,
& nos illorum iudicium, cum melius
quod uideatur non habeamus, candi
dè ſequamur: idemq́; non ſolũ animo
tacitè

tacitè ſentiamus, uerumetiam ore libere profiteamur. Ac ne quicquam, quod ad meam ſententiam dicendam attinet, ſubticere uidear uoluiſſe, iam me uobis, humaniſs. auditores, indicabo, & de meo quodam amore Ciceronis, nimis acri fortaſſe, ueruntamen ingenuo, uobis cõfitebor. Nam quas eloquẽtię dotes, quas orationis opes, ſcribendiq́ laudes alij alijs, uel uniuerſis, uel ſingulis, tribuerunt, eas ego omnes uni huic, de quo loquimur, ſemper conceſsi: atq; ex hoc tanquam ex Oceano perenni, in cæterorũ ſcripta, quaſi riuos quoſdam, & fluuios, quibus irrigantur, deductos manauiſſe, mihi perſuaſi: auſuſq́ fui affirmare, non niſi unum & item alterum, aut certè non multo plures Romæ ante Ciceronem memorabiles omniq; laude cumulatos oratores extitiſſe: pòſt autem neminem ſcribendo eximiam

glo-

gloriam eſſe conſecutum, qui non ſit ab illo optimo pręſtantiſsimoq; magiſtro omnino edoctus, aut aliquo ſaltem modo adiutus: eaq; re eos qui ſe neminem imitatos eſſe uideri uoluerunt, ſcribendo, non tantum nihil egregium profeciſſe, uerumetiam cũ ſuis uoluminibus atque ſcriptis quòdãmodo inuiſos deſpectosq; iacuiſſe, ſemper ſum arbitratus. Etenim ut ſemel dicam, & planius explicem, quid ipſum hoc ſit, in quo Imitationem intendi, exerceri, occuparíq; uelimus, poſteaquã lingua Romana unà cum Imperio & rep. ut fit, tota eſt mutata, eiusq; dignitas & maieſtas omnis in tanta rerum omnium ruina penitus eſt collapſa atq; oppreſſa, ut non amplius iam ex populi uſu diſci poſſit, ſed ex ueterum probatiſsimorum auctorum libris atq; ſcriptis tota ſit petenda: ſatis, opinor, liquet & apparet, ampliſ-

ampliſsimum illud & diuiniſsimum eloquentiæ nomen, totamq́ artem illam, ſeu animaduerſionem, ſeu curam, ſiue induſtriam, de qua tot uerba hactenus fecimus, nõ tam in ulla dictionis, uel elocutionis, quàm in ſola ſcriptionis quadã ratione uerſari: in qua quidem haud dubiè quo quiſque Ciceronis ſtudioſior ſimiliorq́ reperitur, eo etiam melior celebriorq́ habetur. Et ne remotiora fortè à memoria noſtra & obſcuriora repetam exempla, ex hoc eſſe hunc numero, cuius ad nos nomen ſcriptaq́ peruenerunt, admirandũ hominem Petrum Bembum, ex hoc Iacobum Sadoletum, illius in ſumma dignitate collegam: & utriuſq́ gratia amicitiaq́ florentiſsimum, ijſdémque ſtudijs latinæ eloquentię deditiſsimum iuuenem, Chriſtophorum Longolium, nobiliſsimos homines & humaniſsimos. Ex

hoc

hoc diſertiſsimũ hac tempeſtate Iure-
conſultum, Iacobum Omphalium: ex
hoc uiros omni liberali doctrina po-
litiſsimos, philoſophos ac oratores
maximos, Iulium Pflugum, Ioachi-
mum Perionium, Ioannem Sturmi-
um, Ioachimum Camerarium, qui o-
mnes omnium nõ modò Latinarum,
ſed & Græcarum artium ac diſcipli-
narũ peritiſsimi, ſi nihil ad hãc, quam
ex literarũ ſtudijs petimus orationis
mundiciã, bonitatem, nominisq́ʒ lau-
dem, conferre Imitationem exiſtimaſ-
ſent, nunquã certè in eam exercitatio
nem tantis laboribus, curis, uigilijsq́ʒ
tam ſtudioſe operam dediſſent. Nũc
monumenta quidem illorum, quę ue
terem illam ueramq́ʒ Romani ſermo-
nis puritatem elegantiamq́ʒ redolere
ac ſpirare quodammodo ſentimus, te-
ſtantur, & res ipſa loquitur, optimo
conſilio, & eximio rectitudinis, boni-
tatis,

tatis,honeſtatis,laudiſq́; amore, illos in hanc uiam eſſe ingreſſos, tantumq́; profeciſſe, quantum & ipſos non pœniteat, & nobis admirabile uideatur. Horum igitur ſtudijs nos non faueamus? non indulgeamus? non imitatores æmuloſq́; nos præbeamus? præſertim cum nulla unquam res oratione tractanda accidere queat, quę non harum literarū lumine illuſtrari, aut artificioſa illa diligentia exornari, perpoliri, & cōmendari poſsit. Verùm ſatis mihi multa uerba feciſſe uideor,quare Cicero in dictione ſtyloq́; cōformando perpoliendoq́; unus ex omnibus ſit deligendus, quem & ſequamur & imitemur. Supereſt nunc ut de finitima & penè ultima illa quęſtione, Ecquid Marci Tullij unius imitatio, in cōmune omnibus idonea ſit et opportuna,paucis ſit dicendum. Eſt enim ea de re in hac quidem con-

trouerſia antè à præclariſsimis homi-
nibus ſatis diſertè copioſeq́ꝫ explica-
tum,ut longiore oratione nõ ſit opus.
Nam cũ Cicero unus, omnes omnis
elocutionis partes ſuis illis immorta-
libus ſcriptis,non modò adumbrarit,
ſed illuminarit etiam, omnibusq́ꝫ in
omnes res unus ſatis ſuppeditauerit
exemplorum, ut qui nõ ſolum oratio
nes forenſes,libroſq́ꝫ rhetoricos,uerũ
etiam epiſtolas,et diſputationes,deq́ꝫ
omni & uuiuerſa philoſophia ua-
ria, & inter omnes latinos ſcriptores,
plurima, eaq́ꝫ non niſi abſolutiſsima,
uolumina monumentaq́ꝫ reliquerit;
inq́ꝫ illis & uehemens & exuberans,
ac graue dicendi,& in his quietum,e-
quabile,temperatumq́ꝫ orationis ge-
nus expreſſerit, quis neget? Imitatio-
num Tullianam omnibus quicunq́ꝫ
quacunq́ꝫ de re atq́ꝫ materia ſcriptu-
ri ſunt,aptam,idoneam,et commodam

eſſe poſſe? Siue enim quis natura præditus uberiore, graui, ſublata, copioſaq́ꝫ oratione delectetur, ſiue quis ingenio acutiore, & iudicio limatiore, ſubtilem, attenuatã & preſſam quandam dictionem requirat, ſiue quis intermedius & quaſi temperatus, amborum uicinus, & utriuſqꝫ particeps æquabile, unóque tenore profluens orationis genus expetit: horum cum omnium, tum ſingulorum generum, clariſsima & illuſtriſsima in ſcriptis Ciceronis exempla, quæ quiſqꝫ imitetur, poterit reperire. Hoc ergo ſic dato atque conceſſo, penes unum Ciceronẽ conſiſtere & reperiri omnia, huncq́ꝫ unum & poſſe & habere omnia, de quibus iam eſt dictum: quis non uidet quantam hinc ſpem ſibi iniectam, quantamq́ꝫ conſolationem propoſitã habeant ij, qui unius Ciceronis ſimiles fieri tanta animi ſtudijq́ꝫ contentione

tione nituntur, ut iam non dubitent neq; cunctentur & ipſi in ſpacio ducem ſuum atq; magiſtrum, ipſius ueſtigijs ſtrenuè perſequendo, ad omniũ tendere facultatem. Adhęc cum idem ſtylus (de ſoluta oratione loquor) accommodari, aptariq; rebus quibuſlibet poſsit, facile apparet qua ratione nitantur ij qui ingeniorũ uarietatem & naturarum diſsimilitudinem obijciunt atq; opponunt: ad quorum tamen obiectionem aliàs, ut antè diximus, commodior locus erit reſpondendi. Cæterùm quoniam optimum hoc ſtudium imitandi, omnibus idoneum & commodum eſſe diximus, exoritur hinc noua iterum & perdifficilis dubitatio, an etiam ijs in imitatione elaborandum uideatur, quibus uel propter ingeniorũ imbecillitatẽ, uel propter naturæ diſsimilitudinem in hoc conatu fortuna parũ adſpiret,

quicq; tardos & infelices faciant pro-greſſus.de qua quidem diſceptatione diuerſę ſunt bonorum auctorum opiniones. Nam quidam ſtultum eſſe putant, ſequi atq; experiri quod quis aſſequi ſe poſſe diffidat. Ac nõ modò inertia & tarda, uerumetiam tenuia, mediocriacq; ingenia ab hoc conatu reijciunt,nec ad ullum imitandi genus inuitanda putant,propterea quòd nihil mediocre idem atq; præſtans eſſe poſsit: quódque præſtantium rerum paucitatem mediocrium multitudini longè anteponãt. Alij autem et mediocria ingenia, & uerò etiam quæ infra mediocritatem ſunt, huc inuitanda, uolentesq; & cupidos ſubleuandos, iuuandosq; eſſe potius,(quod eſt humanitatis miſericordiæq; cuiuſdam) quàm deterrendos repellendosque (quod durum eſt et ſuperbum) exiſtimant: putantq;, ut Ciceronis uerbis

idem

idem dicamus,par eſſe,omnes omnia “
experiri, qui res magnas & magno- “
pere expetendas cocupierunt. Quod “
ſi quem aut natura ſua,aut illa pręſtan “
tis ingenij uis fortè deficiet,aut minus “
inſtructus erit magnarum artium di- “
ſciplinis, tenendum ei tamen eum cur “
ſum quem poterit.Prima enim ſequẽ “
tem,honeſtum eſſe in ſecũdis tertijſq; “
conſiſtere. Quare & nos de hac anci-
piti quęſtione,ut ſolemus,etiam quid
nobis uideatur,liberaliter & candidè
proferamus. Ac mihi quidem prope-
modum idem in imitatore,quod An-
tonius apud Ciceronem de oratore
inſtituendo præcipit,ſpectandum ui-
detur. Si enim intelligatur, poſſe o-
mnino ſummos aſſequi,nõ ſolum hor
tandus, ne cunctetur, ſed etiam ſi uir
quoq; bonus iudicabitur, ut ſedulò
enitatur,obſecrandus erit. Tantum in
præſtante oratore,& eodem uiro bo-

no putatur eſſe ornamenti reipub. uniuerſæ. Sin uidebitur, cum nihil non tentauerit, uix tamen ad mediocritatē quandam eſſe peruenturus, permittet ipſi quid uelit, ſi tamen ꝑgredi aliquò uolet, iuuandus potius q̃ deſerendus erit. Sin planè propter duræ & implacabilis naturæ prauitatem, abhorrens & ineptus erit, ne contra naturã uniuerſam abſurdè contendat, ſed ſtudia ſua naturæ regula metiat̃, aut ad aliud ſtudium ſe conuertat, humaniter admonebitur. Etenim neq; is qui ad ſummos peruenire optimè poteſt, negligendus ulla parte eſt, à cohortatione: neq; is qui quòdam prodire, & proficere aliquid poteſt, auertendus: q̃d alterum diuinitatis cuiuſdã uidet̃: alterum, uel non facere q̃d nõ optimè poſsis, uel facere q̃d nõ peſsimè facias, humanitatis. Tertium uerò illud, conari, elaborare, contendere, inuita (ut aiunt)

aiunt)Minerua,hominis eſt miſerandi potius q̃ deridendi. Neq; eñ aut conſcia uiriũ infirmitas, aut labor in ꝑbus,aut calamitoſa miſeria, cuiq̃ exꝓbãda,ſed condolenda magis eſſe uidet. Nec quiſq̃ adeò immiti & implacabili natura, aut adeò abſurdus eſt, (de ſanis loquor) qui non plus proficiat in Cicerone legendo imitandoq;, (modò ſtudium & doctorem fidum & exercitationem adhibeat) quàm ſi exempla ſumat,ſequaturq; deteriora. Eaq; eſt eloquentiæ ſtyli ꝗ Ciceroniani præſtantia, ut eius uel umbram & obſcura lineamenta quædam referre, maior ſit laus, quàm aliorum quorundam natiuam faciem. quanquam nec id effici poſſe confido, quod ne poſtulandũ quidem eſt, ut omnes ſe ad hoc ſtudium imitandi conferant:pauci utinam,quorum tamen in repub. latè patere, uel ſaltẽ aliqua ex parte uſui eſſe

poterit induſtria. Reſtat extremum illud, in quo queri à quibuſdam ſolet, cum unus Cicero imitandus eſſe dicatur, num cæteri omnes boni auctores deſerendi negligendiq́ue uideantur? De qua quidem queſtione eo ero breuior, quòd ſatis ad eam ſuprà à nobis reſponſum uideri poteſt, ubi formam hanc loquendi, quid ſit unum, aut ſolum Ciceronem legendum, imitandũ, interpretati ſumus, & ubi plures omnino, eosq́ue inter ſe diſpares, pariter imitando exprimi, aut etiam ad diuerſos inter imitandum reſpici, negauimus oportere, imò nec fieri id quidẽ poſſe, conati ſumus demonſtrare. Sic igitur ſtatuimus, in ſoluta oratione, ipſum Ciceronem ſolum, & ad intelligendum & ad imitandum inprimis deligendum, proponẽdumq́ue eſſe: cæteros ut legere quidem & cognoſcere non uetamus, preſertim ſi ordine quodam

dam cum ratione & iudicio legantur, ubi occaſio, res, ſtudiaq́ ferunt & poſtulant: ita non ſentimus cum illis, qui præter Ciceronem alios quoq, quamlibet bonos pari cura rationeq́, tã imitãdos atq exprimendos q̃ legendos cognoſcẽdosq́ eſſe cẽſuerũt. Imo uerò, ne illud quidẽ dicere uerebimur, ea diligẽtia, aſsiduitate, cura, ſolicitudine, cogitatione, mente, ſolum Ciceronem legendum, ediſcendumq́, qua neminem alium quantumuis excellentem. Quod quidem cur ita uideatur, & ſuperius aliquo modo oſtendimus, & rationes in promptu eſſent complures: quas quidem pluribus uerbis exponere poſſemus, ſi locus aut tempus breuitasq́ hæc pateretur.

Sed quid uultis amplius? Nemò eſt noſtrûm qui non latina lingua unum Ciceronem tam luculentum, copioſum, omniq́ tum dicendi, tum ſcri

bendi laude cumulatiſsimum aucto-
rem uniuſcuiuſuis induſtrię exiſtimet
ſufficere poſſe.

Cuius enim mortalium tam longa
eſt uita, cuius tantum flumen ingenij,
tanta ſtudij uehementia,tam inexhau-
ſta auiditas legendi,tam indefeſſa pa-
tientia,conatuſq; inoffenſus, qui non
dicam omnes omnium ſcribendi uir-
tutes obſeruare,diſcernere,imitari,ſed
omnibus qui extant libris circunfu-
ſus,etiamſi nihil aliud quàm legat,uel
centeſimam partem eorum perlegere
poſsit? Seneca ſcribit negare Cicero-
nem ,ſi ſibi uitæ ſpacium duplicetur,
ſuffecturum id uel ijs tantummodo
poetis percurrendis qui λυρικοὶ à Grę
cis nominantur. Quid autem ſi iam il
la omnia quæ à ueteribus illis philo-
ſophis, hiſtoricis , oratoribus,poetis,
medicis, theologis, ſunt edita,ad hæc
uſq; tempora perueniſſent,atq; etiam
nunc

nunc extarent, quid quęſo eſſet nobis aliud habendum domi, quàm libri? quid aliud aſpiciēdum? quid aliud tractandum atque adeò calcandum? certè in his etiam ſedendum, in his prandēdum, cœnādum, dormiendum, in his perpetuò uerſandum, emoriendum denique foret. Quàm multi uerò etiam nunc fugitantes immenſi laboris, infinitique ſtudij, uel multitudine doctrinę uel magnitudine contentionis propoſitæ, cum indignatione deſpondent ſtatim animos, citoque reſiliunt à propoſito ſuo? & frangi ſinunt induſtriā ſuam difficultate, cum tot tantaque in quaque diſciplina, uolumina ſibi euoluenda reuoluendaque offerunt? Quàm non pauci, in quolibet genere ſtudiorum, quibus cùm alijs etiā in linguis, tum in uernaculo ſermone nō parum elaborandum eſt, anxio planè & ſollicito animo, ipſi ſecum & intra ſe mi
ſerè

ſerè queruntur? Dij boni, quis leget hæc? Quid, quòd ætas adeò fugax & breuis, ſæpe ſuperuacaneis, & nō rarò noxijs conſumitur? Quid multa? etiam qui acri & uehementi animi mutatione unius Ciceronis longè præſtantiſſima & abſolutiſſima illa opera ſine intermiſsione aſsiduè legunt, ediſcunt, laborioſeq́ per omnia effingere ſtudent, quibusq́ ſecundum Deum, nihil in mente, nihil in ore prę ter Ciceronem eſt, eos ipſos nónne uidemus multorum annorum ſtudiorumq́ decurſu, uix tamen aſſequi, ut qualemcunq́ ſtyli eius formam atq́ imaginem repræſentent?

Sed ne quis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quaſi à reliquorum excellentium autorum lectione Imitatorē, quem quærimus, arceamus, aut abducamus: imò uerò etiam monemus & hortamur, ut quantum in quoq́ eſt,

omnes

omnes bonos, & inprimis optimos quoſq; non ſolum cognoſcat, uerùm etiam aliqua ex parte memorię mãdet.

Sed quoniam agitur hic non tantũ de illo maximè raro genere eorum, qui aut excellente ingenij magnitudine, aut pręclara eruditione atque doctrina, aut utraq; re ornati, eò quò uolunt euadere poſſunt. Nam nec mediocres, nec quenquam omnino qui non planè abhorrens aut ineptus ſit ab hac ratione, uiáq; ingredienda prohibemus: ſed potius conatum eorum qui ſic ſunt, beneuolentia & fauore proſequimur: cumq; eis preclarè agi exiſtimamus, ſi uel prouecta ætate ex unius Tullij imitatione, non uulgarem latinę linguę laudem adipiſcant. Quandoquidem paucis admodum contingit, ut uel in ſenectute tam excellentis boni compotes efficiantur. Itaq; nemini mirum uideri debet, ſi minus

minus multorum diuerſorumq́ ſcriptorum lectionem eiuſmodi ingenijs proponamus, eaq́ parta mediocri bonarum rerum, liberaliumq́ artium doctrina, uel uno Cicerone in expetenda conſequendaq́ bene laudateq́ ſcribendi facultate contenta eſſe ſinamus, prӕſertim cum & ſummorum & doctiſsimorum hominum teſtimonijs, et penè publico eruditorũ conſenſu, nulla ſit omnino ex illo infinito circulo & orbe ſcientiarum libero homine digna diſciplina, cuius in Ciceronis uoluminibus aliqua ſi non perfectio, at ueſtigium et adumbratio quædam conſpiciatur. Quapropter non prorſus incommodè, nec abs re dictum eſſe arbitror, eos qui, propẽſa animi inductione unum Ciceronem legant, euoluant, atterant, ediſcant, officioſaq́ ſcriptione effingant, eos, inquam, eadem opera etiam optimos quoſq́ latinæ

linguæ

linguæ autores cognoſcere,legere,æmulari quodammodo uideri, propterea quòd omnium penè præſtantiſsimorum ſcriptorum uirtutes, ut antè quoq; dictum eſt, unus Cicero eximiè ſuis in ſcriptis expreſſerit.

Quare nec fieri exiſtimant neceſſe eſſe,ut quę ad parãdam dictionem in Ciceronis lectione quis felici ſtudiorum ſucceſſu aſſequi poſſit, ea ſuperuacaneo labore in omnibus alijs latinis auctoribus inquirat. Quod ſi quis fortaſſe ſuperſtitioſius dictum putet, ab eo ego cupio exempla uetuſta, (nam poſteriores & recentiores, quoniam latinitatem ueram uel deſeruere, uel corrupere, ab hac gloria remouendos eſſe uel ipſos potius cõfeſsione ſua peregrinitatis ſeſe iam remouiſſe uideo)uetuſta inquã exempla alia uel æquè bona,uel tam uaria, omnibusq́; idonea pręter Ciceronis

ſcripta,

ſcripta,quę imitari debeamus,adeoq́ꝫ poſsimus , demonſtrari mihi uolo, quærôq́ꝫ an quis Cæſarianum ſe, aut Salluſtianũ, aut alterius alius eius æ-tatis autoris,Imitatorem laudatum fieri poſſe confidat de illorum librorum quæ ſola reliqua habemus fragmen-tis? Quod ut maximè adipiſcatur,ne-quaquam tamẽ poterit in quemlibet uſum inde aſſumere quib. opus erit, nõ ſolum propter inopiam exemplo-rum, & ſermonis quandam pauperta tem:ſed cùm propter ſingularem quã dam rerum illarũ tractationem, tum propter dictionis ſtylíque genus,& quaſi faciem peculiarem. Sed ſatis iã de his. reliquum eſt, ut iam finem di-cendi faciamus.

Expoſui auditores optatiſsimi de Imitatione, quæ præcipuè quæri ſo-leant, uarias doctiſsimorum & clariſ ſimorum hominum ſententias: ac ne

errore

errore aliquo hac diſputatione ducere mur, placuit principiò definire quid ſit Imitatio, & qua de Imitatione po‐tiſsimũ in præſentia uiſum erat expli‐care, dictionis uidelicet & eius formę, ſeu characteris. finẽq; Imitationi huic ſtatuimus, ſimilitudinem eius, quem ſequimur, ſtyli, in noſtra, quacunq; de re atque materia ſuſcepta, ſcriptione rectè exprimere.

Deinde oſtendimus etiam, hanc ra‐tionem ſeu animaduerſionem, de qua dixi, etiamſi nobilitata nõ eſſet, tamen honeſtã eſſe, uereq; dici, etiamſi à nul‐lo laudaretur, laudabilem eſſe natura. Deinde quinam maximè & inprimis imitandi uiderẽtur, Omnes ne boni? an optimi quique ex omnibus? & ij quomodo? uarios mẽtis meæ ſenſus, dubiamq; recenſui deliberationem: cumq; quo modo plura exempla, imi tatione ab uno aliquo exprimi poſ‐

ſent,non diſpicerem,ſcilicet in eam o-
pinionem ſententiamq́; diſceſsi, ut in
oratione proſa,ut uocant,ex omnibus
Romani ſermonis auctoribus,Cicero
nem unum mihi deligerē,ſumeremq́;
imitandum.In quam quidem omnino
ſententiam tantum abeſt ut ſubitò in-
ciderim, cum primùm eiuſmodi ſtu-
dia animo uoluere, tractareq́; cœpi,
ut non niſi poſt multiplices perple-
xaſq́; cogitationes, perq́; longas cir-
cuitiones,longos anfractus, & diuer-
ticula quædam in eam deuenerim.In
qua porrò etiamnũ eo libentius con-
quieſco,quod exploratis antea omni-
bus rationum uijs, me ſola, tanquam
portus ex longo errore,diu multum-
que actum iactatumq́; optatiſsimè ex
cepit.Quæ ſanè ſentētia uobis quoq;
ſi non omnibus,at ęquis boniſq́; uel-
lem equidem probari poſſet. Non e-
nim ego is ſum, qui omnium iudicio
ſatis-

ſatisfacere me ipſe credã. Homo ſum, ut inquit ille, humani nihil à me alienum puto. Necꝙ uerò (cum nemo ferè quidquã niſi ſua probet) iniquo animo, aut grauiter, moleſte'ue laturus ſum, ſi quis à me uel publicè, uel priuatim (dummmodo id cum ratione, & ſine conuicio faciat) diſſentiendũ putauerit: nec ijs quidem iraſcar qui iſtã diligentiam noſtram, uel religionem quandam, uel ſuperſtitionem, interpretabuntur: ſuum cuique iudicium liberum relinquo. fieri enim poteſt, ut quemadmodum ipſe habeam, quid in hac diſpùtatione ſentiam, nõ habeam autem quid reprehenſoribus aſſentiar: Ita ipſi habeant quidem quid ſentiant, non tamẽ habeant quid mihi aſſentiantur. Quare ſit ſanè ita, ut cum ego de hac quęſtione atꝙ ratione me ſentire exiſtimem, alijs tamen quibuſdam minimè probetur ſententia mea:

Sicut & ij qui à me diſſentiunt, rectè fortaſſe ſentiant, cum mihi tamen ui-deatur ſecus. Necꝫ ego adeò mei a-mans, aut potius ita amens ſum, ut cõ fidam hac declamatiuncula, eos qui aliter iudicant, in meam ſententiã me eſſe adducturũ. Quid enim ego ſpe-rem una hac oratiuncula me perſuaſu rum ei, cui ne ipſe quidem Cicero di-uina illa ſuorum ſcriptorum tot at-que tantorum bonitate maieſtatéque imitandum eſſe ſe perſuadere ullo modo poteſt? Qui tamen uel pro-pter diuinam cùm ſapientiam & do-ctrinam, tum ſummam eloquentiam atcꝫ auctoritatem ſuam omnium qui nunc uiuũt eruditorum uel ſola una-nimi aſſenſione unicè colẽdus eſſe ui-deretur. Nam quid huic laudis aut famę ullo in genere bonarum rerum, & optimarum artium ac diſciplina-rum ſummæ prudentię atcꝫ eloquen-

tiæ

tiæ uel defuit? uel accedere omnino potuit? Aut quis alium auctorem habet nominare ullum, de illis antiquis qui quaſi maiorum ſunt gentiū, quos aureum illud feliciſsimumq́ ſeculū tulit, ad ingrediendā hanc uiam ſtudiorum non quidem meliorem, ſed parem, extra hunc, de quo loquimur, Ciceronē? Sed deſino. ſatius enim fortaſſe fuerit de tanti uiri laudibus tacere, quàm pauca dicere. uereor enim ne illius cum amplificare uelim, imminuam etiam gloriam. Me autem ut diligentius & accuratius in huius tractatione argumēti uerſarer, & optimi ſtudij dignitas inuitauit, utq́ qua ipſe probabilitate tam dubijs uarieq́ agitatis in rebus, cognitioneq́ digniſsimis ductus ſim, hoc loco uos omnes certiores facere uellem, & candor erga meos, & quorundam adoleſcentum ſiue error, ſiue ſtulticia negligen-

tiaq́;, qui nullos ferre magiſtros, nullam ſequi diſciplinæ rationem ſuſtinent, permouit. Qui quidem candida hac admonitione noſtra corrigere ſeſe, cæteri uerò, qui officium ſuum faciunt, inq́; hæc ſtudia dies noctesq́; toto pectore, ut dicitur incumbunt, quiq́; unum ſtudiorum laborum, contentionum, adeoq́; corporis ſui uſum omnem, in hanc ſtyli pulcherrimã & ſempiternam gloriam putant impendendam, ij, inquam, ſe confirmare, noſque earundem rerum, quibus ipſi dediti ſunt, præconium feciſſe gaudere debebunt.

ERRATA OPERARVM INCVRIA
commiſſa ſic emendabis.

Pag. 30 *linea ult.* Hortenſio 46.13 *cum* 81.2 *ſcēs* 83.6 *reconciliationis* 93.18 *tolerando* 19 *ægritudine* 96.12 *philoſophia* 97.9 Xenophontis 117 *ult.eius* 119.8 *puer* 120.17 *oppugnaret* 126.5 *indicauit* 127 *Antonium* 145.1 *ſucceſſus* 147.1 *doctrina* 149.14 *pere* 178.9 *mirabile* 10 *uoluptatem* 20 *ſub* 191.16 *eorum* 198.17 *Zeuſis* 201.8 *linguam* 206.6 *ſapiē tiſsimis* 210.17 *imitando* 214.1 *conſenſu* 217.11 *humilis* 223.20 *nem* 227.3, *concupierunt.*

RERVM ET VERborum memorabilium INDEX.

A

Academicæ 93
Adramitenus Xenocles 22
Aglaphon 198
Antiochus Aſcalonites 21
Apollonius Molon 23.24
apollonij de Cicerone teſtimonium 24
apelles 198

C

C. Marius Ciceronis conterraneus 4
Capua 60
Cæſaris puritas 203
cæſaris interitus 111 χαρακτήρ 152
Chriſtophorus Longolius 220
Cicero ab Amano exercitum ad Ciliciam abduxit 74
cicero amore patriæ redit Romam 116
cicero annū agens ſexageſimūtertiū obtrūcat 127
cicero Athenas profectus 21.67
cicero augur 66
cicero biennium in Aſia fuit 26
cicero Brunduſium reuerſus 59
cicero ad conſulatum aſpirauit 37
cicero Epheſum iter fecit 68
cicero ad ſcribendum de philoſophia ſe contulit 86 cauſæ & occaſiones ſcribendi de philoſophia 87
cicero de diſceſſu cogitans 115
cicero filiolo auctus ſalua uxore Terentia 37
cicero Geographiam conſcribere aggreſſus 107
cicero Laodiceam uenit 69 in Ciliciam contendit 71 Ariobarzanem regem ab inſidijs liberauit 72
cicero de ll. ubi diſſeruerit 4
cicero pacis autor 112
cicero pro L. Murena dicturus noctes totas in ſom-

ſomnes duxit 109
cicero prætor 31
Cicero procos. in Ciliciã profectus 67
cicero proditus 126
cicero profugit Roma 123
cicero Quæſtor 28 ædilis 30
cicero Rhodum uenit 22
cicero unus imitandus cũ ſolus eſſe dicatur, num cæteri omnes boni autores deſerendi 230
ciceronis adoleſcentuli au thoritas 8 dexteritas in genij ibid. poetices ſtudium 9 ſucceßus in poeſi ibid.
ciceronis elegia 10 item lib. 3 de conſulatu ibid. Rhetorices ſtudium 11 exercitia declamandi, ſtylus & imitatio ibid.
ciceronis educatio 6 indolis atq; ingenij ſigna ibid. inſtitutio Romæ ibid. condiſcipuli 7 præceptores ibid. progreſſus in ſtudijs ibid.
ciceronis eloquentiæ ſtudium 13. oratoriæ exercitationes ibid. ſtudium iuris apud Q. Mut. Scæ. Aug. 14 ſtudiũ philoſophiæ apud Philonem 15 ſtudium dicendi apud Molonem 16 ſtudiũ philoſophiæ apud Diodorum Stoicum ibid.
ciceronis bonorum direptio 52
ciceronis Brutus 104 Orator ibid. de opt genere Oratorum ibid. Partitiones ibid. Topica ib. de Inuentione 105 ad Herennium Rhet. ibid.
cicerones Epiſtolæ familiares ad Atticum, ad Q. fratrem, Brutumq; 106
ciceronis ætate eloquentiam Romanam ſine controuerſia perfectißimam extitiſſe 211
ciceronis amicitiæ illuſtres 35
ciceronis diligentia 108
ciceronis diſceſſus ab urbe 52

ciceronis diſceſſus ab urbe, & intermiſsionis actionum cauſæ 20
ciceronis eloquentia præſtantiſſ. 200
ciceronis exercitia apud rhetores celeberrimos in Aſia 21
ciceronis exilium uoluntarium 51
ciceronis exilij tempus 56
ciceronis gener C. Piſo 37
ciceronis genus 1
ciceronis gratiarum actio 62
ciceronis Græcè dicendi facultas 23
ciceronis Græcè ſcribendi facultas 25
ciceronis habitus et figura corporis 19
ciceronis inuectiuæ Philippicæq; in Antoniũ 118
ciceronis libri Philoſophici 92
ciceronis libri Rhetorici 103 de Inuentione 12
ciceronis librorũ de Natura deorũ ſcopus 94 de Diuinatione ibid. de Fato ibid. de Repub. ib. de Legib. 95 de Gloria 96 de Conſolatione ib. de Senectute ibid. de Amiticia 97 de officijs ib. Timæus eiuſdem 98 Paradoxa ibid. Tuſculanarũ q̃ſt. librorũ ſinguborum ſcopi 93
ciceronis luctus ob L. fratris ac parẽtis obitũ 37
ciceronis maieſtas 203
ciceronis mutatio 26
ciceronis natiuitas 5
ciceronis oratio pro Milone 66
ciceronis de Oratore librorum commendatio 103
ciceronis prima cauſa priuata pro P. Quintio habita 18 prima cauſa publica pro Sex. Roſcio Amerino 19
ciceronis ad pacem hortationes 83
ciceronis percuſſores 127
ciceronis profectio in Græciam Aſiamq; 21
ciceronis reditus à Dyrrhachio 55

ciceronis reditus Dyrrhachium 56
ciceronis reditus Romam 27.60 (215
ciceronis de ſe teſtimonia
ciceronis tempus natale 1 patria & eius deſcriptio 2 uilla ibid.
ciceronis unius imitatio, an in cõmuni omnib. idonea ſit et opportuna 222
ciceronẽ unũ præ cæteris omnib. imitandum eſſe 212.214.218
ciuile bellum à M. Lepido reſuſcitatum 121
Cranachius 198
cratippus 68

D

Darius ab Alexandro magno apud Iſſum ſuperatus 73
Demetrius Syrus 21
demoſthenis uis 200
Diligentiæ enconium 119
dionyſius Cnidius 22
Durerus 198

E

Eloquentiæ præſtãtia 165
Exercitatio, quæ reprehẽſioni obnoxia 163

F

Fab. Quintilianus 200
Fuluiæ ſæuitia 128

H

Hominem præ cæteris animantib. omnib. præcipuam quandã uim obtinere imitandi 177
hortenſius 93
hortenſij memoria, & in agẽdis cauſis gratia 30

I

Iacobus Omphalius 221
iacobus Sadoletus 220
Imitandi qui ſint 184
imitandi ſtudiũ cur nõnulli fugiãt et auerſentur 161
imitandum eſſe negantes, confutat 163
imitandum ne ſit 156
imitatio quid 152
imitatio in qb. cõſiſtat 160
imitatio tota in quibus uerſetur 208
imitationis finis 153
imitationis reprehenſorũ rationes 156
imitationis uſus 181
imitationem & artem & uirtu-

uirtutem eſſe 168
imitationẽ nõ eſſe tãto ſtudio & contentione ſuſcipiendam atq; colendã 158
imitationem ſine certæ formæ exemplo exiſtere non poſſe 202
imitatione Ciceronis an ijs quoq; elaborandũ qui ſunt tardi & infelicis ingenij 226
imitatione quoslibet etiã abiectiſſimos artifices opus habere 171
Ingeniorum diuerſitas 189
inſula iuxta uillam Ciceronis, & eius amœnitas 3
Ioachimus Camerarius 221
ioachimus Perionius 221
ioannes Sturmius 221
Iſocratis ſuauitas 200
Iter Brunduſium 54. *Dyrrhachium ibid. Theſſalonicam ibid.*
Iulius Pflugus 221

L

Liuij ubertas 203
L. Craſſi mors 12

M

M. Antonius 113
M. Antonius bellum indicens, repellitur à Cæſare 119
M. Antonius Cæſari recõciliatus 122
M. Antonius Ciceronis hortatu, hoſtis declaratus eſt 121
M. Antonius Mutinam obſidens, uictus à Cæſare fugatur 120
M. Antonij dictatura urbi grauis 114
M. Antonij in Ciceronem odium 117
M. filius Athenis 115
Mariana quercus 2
Matthias 198
Menippus Stratonicenſis 22

N

Neoptolemi dictum 183

O

Omen 5
Optimos & præſtantiſſ. deligendos, cognoſcendos atq; imitandos eſſe 194

Oratio-

orationum Ciceronis quæ adhuc hodie extãt numerus 203

Oſacis, Parthorum ducis interitus 74

Ocium, delicias, uoluptates & uitæ ſuauitatem ultrò pleroſq; amplecti: labores moleſtias, tædia & pericula fugere & auerſari 160

P

Peroratio 129

petrus Bembus 220

Philoſophiæ fundamentũ in finibus bonorum & malorum poſitum 93

pindeniſſum oppidum 74

Platonis copia 200

Pompeius à Cæſare uictus & à iuniore rege Aegypti occiſus 85

poßidonius philoſophus 21

Q

Q. frater proditus occiditur 124

R

Ratio & autoritas ad ueritatem inueſtigandam grauißima 150

Roma Ciceronis altera patria 4

romanorum luctus de Cicerone exule 51

S

Saluſtij breuitas 203

Stylus 252

T

Triumuiratus 122

Tyro alumnus Ciceronis ſcriptorum Canon appellatus 106

Z

Zeuſis 198

FINIS.

BASILEAE, PER LVDOVI-
cum Lucium, Anno Salutis huma-
næ M. D. LV. Menſe
Martio.

813,385